


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

751j
U31
g


UC-NRLF
$B 64 767

YC 54673

Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

# Quaestiones

de orationum Demostheni falso addictarum
scriptoribus.

UNIV. OF
CALIFORNIA

Particula altera.

De orationum XXXIII. XXXIV. LVI.
scriptoribus.

Scripsit

PAULUS UHLE
dr. phil.

II 363



Lipsiae.
Apud GUST. FOCKIUM.
MDCCCLXXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIV. OF CALIFORNIA

Orationes privatas, quae in corpore orationum Demosthenicarum obtinent locos XXXIII. XXXIV. LVI., cum inspicerem accuratius, idem fore mox intellexi invitus, quod acciderat mihi in examen vocanti orationes, quae numerantur inter Demosthenicas XXXV. XLIII. XLVI. — L. LII. LIIII. LIX. (Quaestt. de orationum Demostheni falso addictarum scriptoribus, p. I, 1883): ut facere non possem, quin dissentirem a Fr. Blassio (D. att. B. III,1, pp. 524—525), qui Arn. Schaeferum (Dem. u. s. Zt. III,2, p. 314) secutus orationes XXXIII. XXXIV. LVI. uni auctori probabiliter attribui posse exposuit, illosque viros de Demosthene optime meritos minus recte de scriptore illarum orationum statuisse arbitrarer. Invenisse enim mihi videor XXXIV. quidem orationem et LVI. magna cum probabilitate eidem oratori vindicari posse, abiudicandas vero esse ei, a quo profecta est XXXIII. oratio. Prolaturo autem mihi argumenta, quibus in novam hanc adductus sum sententiam, ut recte procedat disputatio, idem mihi ordo disserendi videtur servandus, quem servavi in priore Quaestionum parte. Exponendum igitur

## A. De inventione, quae est in orationibus XXXIII. XXXIV. LVI.

### I. De argumentatione orationum XXXIII. XXXIV. LVI.

#### 1. De argumentatione orationis XXXIII.

satis habeo remisisse lecturos ad Schulzii maxime dissertationem (Prolegom. in Dem. quae fertur or. adv. Apat. capita duo, Lps. 1878), in qua v. d., postquam copiosissime egit de causa, quae in oratione XXXIII. enarratur, quam reprehendendi ansam praebeat argumentatio eius, accurate et recte (pp. 32—34, 47cl. 82) exponit.

Plenius erit disputandum

#### 2. De argumentatione orationis XXXIV.[1]

Orator Phormionis exceptionem adimpleti contractus (cf. Platner, D. Proc. u. d. Klag. b. d. Attikern I, 144) illegitimam esse contendit, quod nulla sit lex, quae, ut is, qui pacto steterit, exceptione utatur,

[1]) Cf. praeter ceteros Schaeferi l. l. pp. 300 sqq. et Blassii l. l. pp. 515 sqq.



Digitized by Google

471730

UNIV. OF CALIFORNIA

permittat. Audacius vero talia verba facit, quasi revera existerent leges, quae eum, qui omnia se secundum contractum fecisse diceret, non exceptionem obicere, sed recta intentionis depulsione se defendere iuberent (§ 4). Tales leges nunquam latas esse ab Atheniensibus inde colligendum videtur, quod ab oratore recitari non iubentur, quod aliis locis nunquam laudantur, quod cum ex illa lege, ex qua excipere licet de contractibus, qui neque Athenis omnino initi sunt neque pertinent ad merces in Atheniensium mercatum vehendas (§ 4, cf. Meieri et Schoemanni l. D. a. Pr. (ed. a Lipsio) p. 636 c. n. 411), tum ex ea, quae permittit, ut exceptio opponatur ab eo, quem aliquis propter res remissas et transactas in ius vocat (v. Meieri et Schoemanni D. att. Proc. (ed. a Lipsio) p. 837 c. n. 198), aperte sequitur, ut is, qui ea, quae convenerint, facta a se esse contendit, excipere vetitus sit. Vitiose autem et ut mihi videtur iudices fallendi causa scriptor orationis XXXIV. legem illam de contractibus aut Athenis aut de navigatione Athenas suscipienda factis magnopere premit, quasi id ageretur, utrum Chrysippus contractum Athenis iniisset necne, nec vero sibi demonstrandum esset legibus non permitti, ut is exceptionem instituat, qui contractum nondum esse contendat. Otiosa igitur etiam verba, quae fiunt §§ 43 et 45 extr. (cl. 47), quibus orator inde, quod contractus Athenis factus sit vel Phormio ibi se mutuatum esse profiteatur, sequi ait, ut actio Chrysippo detur.

Orator, cum in iis, quae sequuntur, Phormionem, etsi ab hoc exceptionem contra leges factam esse sibi videtur demonstravisse, tamen pacto non stetisse probaturus est, idem facit, quod facere tum solebant Athenis excipientes, cum non modo iure se excipere, sed etiam causas suas meliores esse iudicibus persuadere studerent (cf. Meieri et Schoemanni D. a. Pr. (ed. a Lipsio) pp. 855 et 856). Ut autem adversarium pactum violavisse evincat, primum dicit eum neque pignus praestitisse neque, cum Athenis solveret, eas in navem imposuisse merces, quas syngrapha in eam conferri iussisset (§§ 6—7, 22). Quod argumentum eo infirmari Blassius (D. a. B. III, 1, p. 520 n. 7) recte dicit, quod Phormionem clam actore aliam insuper pecuniam mutuatum esse testimonio non videtur probari. Quae deinde orator Phormionem et Lampidem, antequam causa diaetetae diiudicanda traderetur, dixisse testimoniis et argumentis demonstrat (Lampidem pecuniam se a Phormione accepisse negavisse (§§ 9, 11, 16, 20, 41, 46, 47, 49), Phormionem Athenas reversum pecuniam se Chrysippo soluturum esse promisisse (§ 12), neque Lampidem sibi pecuniam a Phormione datam esse neque Phormionem pecuniam Lampidi se reddidisse ausos esse dicere (§§ 14, 15, 16, 17)), haec omnia non eandem habere vim probationis atque ea, quae professi erant Phormio et

Digitized by Google

Lampis apud arbitrum et in iudicio, A. Schaeferus (l. l. III, 2, p. 305) monuit.

Tum orator multum tribuit rei, quam idem Schaeferus (l. l. p. 306) demonstratam esse recte negavit: Phormionem, si revera centum et viginti stateres Cyzicenos Lampidi reddidisset, pro bis mille sescentis drachmis redditurum fuisse ter mille nongentas viginti drachmas (§§ 22—25, 41). Nihili igitur facienda verba, quibus credibile esse negat Phormionem plus pecuniae pependisse, quam debuisset, cum magna in Bosporo pressus esset egestate — quam rem insuper non satis probari ab oratore Blassius (l. l. p. 520) monuit —, cum veri dissimile esset reum, id quod contenderet, prius (= in Bosporo) tantam pecuniam solvisse (§ 25), cum in Bosporo aliis quidem creditoribus iisque praesentibus et urgentibus vix caput solum reddidisset, actor autem abfuisset nullaque coegisset necessitas (§ 26 cll. 22 et 40), cum denique praeter unum nullos advocavisset testes (§§ 30, 41). Testes vero Phormioni quam plurimos fuisse adhibendos, cum is plus pecuniae quam debebat pendens magnam sibi hac re gloriam paraturus fuisset (§ 30), cum pecuniam non creditori ipsi, sed Lampidi, cum homini mortali, mare traiecturo, quod in Bosporo tabulis Athenis repositis (§ 31), quod a Chrysippo eiusque socio binis de contractu tabulis factis (§ 32) reddidisset. Plura hic oratorem iisdem verbis expressisse nemo non videt; quamquam mirum esse ab eo doceri, quod non alios etiam praeter Lampidem testes arcessiverit Phormio, facile concedo. Valde autem orator vituperandus, quod § 27 incredibile esse dicit Phormionem, cum eos, *οἷς αἱ συγγραφαὶ ἐν Βοσπόρῳ τὴν πρᾶξιν ἐδίδοσαν τοῦ δανείου*, non esset veritus, Chrysippum curasse, *ὃν ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς [ἠδίκει] οὐκ ἐνθέμενος τὰ χρήματ᾽ εἰς τὴν ναῦν κατὰ τὴν συγγραφὴν Ἀθήνηθεν*, quo loco pessime inter se opposita sunt enuntiata illa, quae exscripsimus.

Per fraudem porro consentaneum esse negat § 27 adversarium, cum Athenas reversus, ubi contractus factus sit, actori pecuniam pendere recuset *(οὐκ ὀκνεῖς ἀποστερεῖν)*, in Bosporo, in quo nullas daturus fuerit poenas, plus pecuniae se reddidisse contendere; neque enim Phormioni opprobrio verti potuit, quod aes alienum Athenis pendere noluit, utpote qui id se iam in Bosporo solvisse dixerit. — Quod orator Phormionem et Lampidem malos iniuriosque esse homines dicit (§§ 29, 36—37), eo ipse sibi obfuisse existimandus est; nam testimonio eorum ipsorum, quibus fidem detrahit, niti non dubitat (§§ 41, 46). — Ad causam non pertinent verba, quibus reum increpat, quod cum alii omnes portibus solventes multos soleant adhibere testes *ἐπιμαρτυρόμενοι ὅτι τὰ χρήματα ἤδη κινδυνεύεται τῷ δανείσαντι*, unum solum advocaverit (§ 28); neque enim Phormio in Bosporo merces in navem imposuit (§§ 33, 9). — Argutius quam

Digitized by Google

verius deinde non consentaneum esse monet actorem gloriam, quam beneficiis in cives collatis consecutus sit, Phormionem calumniando perdere velle (§§ 40, 38—39). — Prorsus ineptus est orator contendens actionem dandam futuram esse actori, si contractus in Atheniensium mercatu initus esset, cum non futurum sit, ut ea negartur a iudicibus, si actori a Phormione in navigatione Athenas suscepta iniuria facta esset (§ 43). — Inepte etiam Phormionem sibi constare negat, cum primo quidem causam arbitro permitti voluerit, postea vero in iudicio exceptionem interponere sibi licere putaverit (§ 44). — Quod denique dicit §§ 48—49, testimoniis a Lampide ab initio prolatis plus esse tribuendum quam iis, quae postea dixere, de eo, quid cum Schaefero iudicandum sit, supra (p. 5) indicavi.

Pergamus quaerere

### 3. De argumentatione orationis LVI.[1])

Dionysodorus, ut Parmeniscum necessitate coactum navem ad Rhodum insulam appulisse ibique frumentum exoneravisse iudicibus persuaderet, primum actori obiecerat navem ex Aegypto redeuntem *ῥαγῆναι* (§ 21), id est, ut per se patet, tale quid accidisse navi, quo quidem Athenas, neque vero Rhodum pervenire esset impedita. At longe aliter orator verba adversarii accipit — per fraudem sine dubio —, cum ita argumentatur, quasi Dionysodorus navem naufragium fecisse contendisset. Negat enim, nisi navem *ῥαγῆναι* mentiretur reus, primum eam omnino Rhodum perventuram et postea ad navigationem idoneam futuram fuisse (§ 23) et Dionysodorum mutuum et partem reddere paratum futurum fuisse (§§ 33, 35, 37). Huc referenda sunt subdola illa verba, quae facit orator §§ 42 et 43: Parmeniscum neque invitum (*ἑκόντες*) neque necessitate coactum (*οὐκ ἐξ ἀνάγκης*) navem ad Rhodum appulisse, h. e. navem semper fuisse incolumem inde colligi posse, quod, *εἰ ὡς ἀληθῶς ἀκούσιον τὸ συμβὰν ἐγένετο καὶ ἡ ναῦς ἐρράγη τὸ μετὰ τοῦτ', ἐπειδὴ ἐπεσκεύασαν τὴν ναῦν —, [Ἀθήναζε] ἀπέστελλον.* Nemo est, quin hoc loco agnoscat sophistam. — Dionysodorus autem, ut navem non incolumem a Parmenisco ad Rhodum appulsam esse argumento probaret, contenderat, alia illum in Rhodo conduxisse navigia merciumque partem in ea translatam Athenas misisse (§§ 21, 24). Ex quo nihil aliud sequi, quam ut Parmeniscum aliqua causa impulsus sit, ut

[1]) Cf. maxime Schaeferi l. D. u. s. Z. III, 2, pp. 307 sqq. — Schwarzii diss. quae i. De or. *κατὰ Διον.* inscripta, quae inter demosthenicas est LVI, Gott. 1870 pp. 15 sqq. = De Dem. oratt. suppositiciis commentatio, I, in programmate Gymn. Stadensis, 1876, pp. 8 sqq. — Blass. D. a. B. III, 1, pp. 520 sqq.

Digitized by Google

navigationem interrumperet, nec vero illud, qua de causa navis ab eo in Rhodo sit retenta, scriptor orationis LVI. non vidit. Inepte potius adversario fidem non habendam esse docere studet: suspicatur enim *(οἶμαι)* vectores suas res aliis in navigiis Athenas misisse. Tamen statim addit Parmeniscum eas solas merces Athenas vehi voluisse, „quarum pretia crevissent“ (§ 24), eumque, etiamsi navis non incolumis fuisset, tamen frumentum Athenas mittere debiturum fuisse (§ 25). Quae omnia non pertinere ad id, quod Dionysodorus obiecerat, perspicuum est. — Altero loco Dionysodorus alios creditores usuras Rhodum usque accepisse obiecerat (§§ 22, 26). Quod ut refellatur orator actorem verbis pactionis inhaerere posse dicit (§§ 26—27). Verbis autem mihi videtur ludere, cum inde, quod illi creditores partem usurarum remiserint eamque ob causam detrimenti aliquid acceperint, sequi negat, ut actori item usuras remittenti nullum inferatur damnum. Praeterea eos, qui partem usurarum non repudiaverunt, non modo nihil accepisse damni, sed lucrum etiam fecisse sibi demonstrandum esse putat. Quod si revera probasset orator, nonne statim ex eo adversarius quaerere potuisset, cur igitur actor non etiam parte usurarum contentus esset? Accedit, quod omnia, quae ad illam rem probandam proferuntur, sophistarum arte excogitata sunt. Contendit enim orator eos creditores, qui Parmenisco pecuniam ex Aegypto „simplicis itineris“ mutuam dedissent, hac pecunia, cum eam in Rhodo recepissent, melius potuisse negotiari, quam si debitores Athenas pervenissent (§§ 29—30). Haec non pertinent ad ea, quae Donysodorus revera obiecisse iudicandus est: eos creditores partem usurarum accepisse, qui iisdem atque actor condicionibus mutuum dedissent. — Ad extremum recte orator dicit Parmeniscum navem, si rimas ea egisset, secundum syngrapham reparare et postea Athenas reducere debuisse (§ 43).

Unum restat, de quo pauca dicenda sunt. Prorsus nulli enim arcessuntur in or. LVI. testes; quam rem minime mirum debuisse videri viris doctis contenderim. Idem enim, quod saepe fieri videmus in aliis etiam orationibus, in nostra quoque accidit; ut res, quae minoris sunt momenti quaeque obiter tantum commemorantur, testimoniis non probentur, veluti Parmeniscum et Dionysodorum socios fuisse Cleomenis, cett. (vide Schwarzii d. l. p. 21 = progr. l. p. 10—11). Quod dicit Schwarzius (l. l.) illud plurimis testibus iisque vel maxime fide dignis probandum fuisse, navem, cum appelleretur ad Rhodum, incolumem fuisse, hanc rem oratorem argumento demonstrare studuisse supra (p. 6) docuimus. Illud vero, quod scriptor orationis LVI. tantum narrat, Parmeniscum et Rhodum appulisse ibique navem exanivisse et omnes usuras solvere recusare, id et provocatione § 17 allata et ipsa orationis causa probari nemo negabit.

Digitized by Google

Hisce explanatis satis puto apparere et XXXIV. et LVI. orationis argumentationem cum admodum infirmam tum subdolam et sophisticam esse, in utraque oratione proferri argumenta prorsus inepta, fieri etiam verba plane inania atque otiosa. Longe aliter iudicandum esse censuit Schulzius de orationis XXXIII. argumentatione (v. supra p. 3).

Venio nunc ad alteram inventionis partem, ad

### II. Affectus orationum XXXIII. XXXIV. LVI.

In orationibus XXXIV. et LVI. cum affectus compositi tum affectus concitati et multo plures et maiores sunt. Illi inveniuntur XXXIII, 35, XXXIV, 1,2, 38/39, 50, LVI, 13, 14, 26, 27, 50, hos animadverti XXXIII, 10, 16, 19, 21, 22, 33/34, 35, XXXIV, (4), 6, 16, 20, 29, 36, 41, 46, 47, 52, LVI, 3, 7, 10, 11, 12, 16, 18, 19, 20, 23, 24, 25, 31, 35, 40, 41, 42, 43.

Haec hactenus de inventione orationum. — Jam nunc nos vertamus ad quaestionem

## B. De dispositione, quae est in orationibus XXXIII. XXXIV. LVI.

De dispositione orationis adv. Apaturium scriptae recte iudicavisse existimandi sunt Blassius (p. 514) et Schulzius (p. 46), cum dicerent concinnam esse illius orationis dispositionem ac rerum collocationem tam rectam esse, ut omnes sententiae inter se conexae et aptae essent. Vix habuit Schulzius, quod vituperaret. At in orationum XXXIV. et LVI. dispositione gravissima deprehendi vitia facile tibi persuasum iri spero. Primum enim principales partes haud raro confunduntur in or. XXXIV: probatio inartificialis (sc. testimonia, quibus quae dixerunt Phormio et Lampis orator probare studet) immixta est narrationi § 15, refutationis partem immisit scriptor orationis argumentis § 32, ita ut refutatio non sit pars per se, paragraphoque 34 narrationis partem videmus insertam argumentationi. Saepius in utraque oratione eadem bis proferuntur, ut XXXIV, 14, 31 et 32 (Syngrapham Athenis depositam esse), 43 (ἐπειδὴ δὲ — τὴν δίκην) et 45 (εἰ οἱ μὲν νόμοι — ψηφιεῖσθαι), — quales repetitiones me impellunt, ut dissentiam a Fraenkelio (De condic. iure iurisd. soc. Athen. p. 67 cl. Meieri et Schoem. l. l. (ed. a Lipsio) p. 636, n. 411) dicente, verba qu. s. § 42: καὶ οὐ μόνον —Ἀθήναζε addita esse ab interpolatore quodam —, LVI, 23, qua cum paragrapho velim conferas § 33a, 23 et 42—43 (v. supra p. 6), 25 et 40 (omnia reum Athenas mittere debuisse), 33b et 37, nisi quae hac paragr. scripta sunt recapitulationis loco dicta esse dixeris. Bis leges afferunter in XXXIV. (§§ 4 et 42), bis syngraphae in LVI. oratione (§§ 6 et 36).

Digitized by Google

Digressiones habemus XXXIV, 29 (contra Phormionem), 36 sqq. (contra Lampidem), LVI, 7 sqq. (contra Aegypti praefectum). Etiam recapitulationes utraque oratio habet: XXXIV, 40—42, 46, LVI, 45 cll. 25 (s. fin.) et 37 (v. supra). Vitiose diversa iunguntur XXXIV, 32 et 33, 43 et 44, 44 et 45, 45 et 46 (cf. Blass. 518 n. 10, 520 n. 3). Confusionem cernis XXXIV, 16 (Blass. 520 n. 4) et LVI, 40—42, ubi in recapitulatione non idem est ordo atque in argumentatione ipsa.

Quoniam dixi de orationum XXXIII. XXXIV. LVI. inventione et dispositione, sequitur, ut disseram

## C. **De elocutione.**

Atque primum quidem exponere in animo est, qualem

### I. Ornatum

scriptores orationibus suis conciliare studeant.

Agam igitur necesse est de tropis et figuris.

Ex illis inprimis notabilis est translatio sive *μεταφορά*; cuius primum genus illud est, quo „in rebus animalibus aliud pro alio ponitur“ (Quint. VIII, 6,9). Exempla huius generis obviam veniunt XXXIV, 17 cl. 46, ubi Lampis, adversarii socius, 45, ubi iudices *μάρτυρες* nominantur, 52, quo loco adversarios orator appellat *θηρία*, LVI, 11, quo loco legimus: *προσῆμεν τούτῳ τῷ ἀρχιτέκτονι* (= Dionysodoro) *τῆς ὅλης ἐπιβουλῆς* (Bl. p. 525). Alterum translationis genus, quo verba, quae proprie usurpantur de hominibus, ad res inanimas transferuntur, insigniora haec efficiunt exempla: XXXIII, 23: *τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι* (cf. Schulzium l. l. pp. 42—44), 27: *μάρτυρά μοί φημι τὸν νόμον εἶναι* (Schulz. l. l.), XXXIV, 38: *τρίων — καιρῶν κατειληφότων τὴν πόλιν*, 42: *ὁ νόμος — διαμαρτύρεται*, LVI, 9: *αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ᾿ ἔλαττον ἐβάδιζον*. In tertio genere illi habendi sunt loci, quibus „inanima pro aliis generis eiusdem sumuntur“ (Quint. VIII, 6, 10). Cuius generis exempla excellentiora reperis in oratione XXXIII. haec: *ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν* § 2, *ἐπὶ μὲν τὸ ὀμόσαι οὐκ ἀπήντα* § 14, *εἰς ἐπιτροπὴν ἔρχονται* § 14, *ἦλθεν ἐπὶ τὸ ἀμφισβητεῖν* § 17, *ἐπὶ τὰς συνθήκας ἰέναι* § 29, *ἐπὶ τὸ ἀρνεῖσθαι ἦλθον* § 29, *καὶ ἐνταῦθ᾿ αὐτῷ ἀπαντᾶτε* § 36, *ἐπανελθοῦσιν ἐπὶ τὰ γράμματα* § 36. Vides apud orationis XXXIII. auctorem in hoc translationis genere non deprehendi nisi verba eundi. At longe aliam rationem sequi scriptorem orationum XXXIV. et LVI., cum perraro verbis motum localem significantibus translate utatur, translationes potius in tertio genere numerandas, quibus abundat, ex

Digitized by Google

multis variisque hominum actionibus et operibus sumat, graviora haec et excellentiora exempla docebunt:[1]) XXXIV, 1: *πολὺν χρόνον εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον εἰσαφικνούμενοι* (non enim dubitandum mihi videtur esse, quin *εἰς τὸ ἐμπόριον εἰσαφικνεῖσθαι* locutio significet nostro loco „naviculariam Athenas exercere;“ cf. Reiskium ad 907,4), 2: *οὐχ οὕτως — ἐσμεν — ἄπειροι τοῦ ζημιοῦσθαι* (= damna faciendi; cf. G. H. Schaeferum ad 907,12), 8: *παρακολουθεῖν (ἐπανακολουθεῖν* F. Q. = vestigare; cf. Reisk. ad 909,17), 8: *καταλαβὼν-μοχθηρὰ τὰ πράγματα*, 8: *οἱ δανεισταὶ εἴχοντο αὐτοῦ*, 10: *συνέβαινε — ὁ αὐτὸς λόγος*, 13: *καταλαμβάνομεν — τοῦτον* (incidimus in hunc, „deprehendimus“ Voemel.), 20. *κατὰ κράτος ἐξελεγχόμενος*(Bl.), 21: *ἀπογνῶναι δὲ τῆς δίκης ὤκνει* cl. 45: *ἀπογνοίητε τῆς δίκης* (cf. Meieri & Schoemanni l. D. att. Proc. (edit. a Lipsio), pp. 191—192, (Bl.), 21: *ἐφῆκεν ἡμᾶς εἰς τὸ δικαστήριον*, 22: *ἀπρασίαν τῶν φορτίων κατέλαβε*, 26: *προσήδρευον* („urgebant“ Voem.), 28: *ἑνὶ σκήπτει μάρτυρι* cl. 47: *οὗτος σκήπτεται μάρτυρι*, 33: *τοῦτο μὲν τῆς συγγραφῆς οὐ λαμβάνεις*, 34: *ὥρμησεν ἐπὶ ταύτην τὴν σκῆψιν*, 35: *ἐφόδιον μὲν λαβὼν τὸ τὴν συγγραφὴν κελεύειν*, 48: *τοῖς ἐξ ἀρχῆς ῥηθεῖσι τεκμαίρεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς ὕστερον τεκταινομένοις* (codd. A. r. *μετακινουμένοις* praebent; quam lectionem ut improbemus, valde suadent verba, quae sunt LVI, 11: *προσῆμεν τούτῳ τῷ ἀρχιτέκτονι τῆς ὅλης ἐπιβουλῆς)*, 49: *πιστῶς ἀκούσεσθε*(Bl.), LVI, 1: *ἐν γραμματειδίῳ — καὶ βιβλιδίῳ — τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε*(Bl.), 4: *καταθησόμενος εἰς τὸ οἴκημα* (in carcerem; cf. Schwarzium i. diss. p. 10 = progr. pp. 6—7), 6: *ἔξωθεν μετεῖχον αὐτῷ τοῦ δανείσματος*, 8: *ἐπέπλεον ταῖς ἐμπορίαις* (cf. Reisk. ad 1285,10, Schwarz. diss. l. p. 8 progr. l. p. 5), 11: *ἡμᾶς μὲν ἐν ὑποψίᾳ καταλέλοιπε*, 13: *ἔτι μᾶλλον ἐπέτεινεν* (Bl.), 14: *ὡς ἑώρα ἡμᾶς ὁμόσε πορευομένους* (= *συγχωροῦντας;* Schwarz. d. l. p. 11 = pr. l. p. 7, Bl.), 15: *τὸ μέντοι σύνολον (= τὴν ὅλην συγγραφήν) οὐκ ἂν ἀνελοίμεθα* (cf. G. H. Schaef. ad 1287,23), 15: *ἐάν τε πρὸς διαιτητὴν ἐάν τε εἰς δικαστήριον δέῃ βαδίζειν* cl. 18: *ἐπὶ διαιτητὴν βαδίζειν* et *ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἥκειν* (cf. Schulz. d. l. p. 53 not. 1), 16: *τὴν συγγραφὴν μὴ κινεῖν*, 16: *ἀξιούντων [ἡμῶν] — περὶ — τῶν ἀντιλεγομένων ὡς ἑτοίμων ὄντων κριθῆναι* (assentior Reiskio, qui (ad 1288,5) haec: Ita positum est [*κριθῆναι*] in bivio, ut a legente debeat tacite iterari, non fecerim cum eo pergente: Idem est ac si dixisset: *ἀξιούντων*

[1]) Omittenda sunt translationis exempla, quae habemus XXXIII, 17: *οὐ πόρρω φάσκων εἶναι τὸν ἔλεγχον* et XXXIV, 9: *ἄπρατον γὰρ εἶναι τὸν ῥῶπον* (= merces); his enim locis oratores ea, quae obiecerant adversarii, ad verbum attulisse putandum est. Iniuria igitur Schulzius (l. l. p. 58) offendit in verbis ex oratione XXXIII. adscriptis iniuriaque iis aliquid contra originem Demosthenicam orationis adv. Apat. efficere posse sibi visus est.

Digitized by Google

ἡμῶν Διονυσόδωρον κριθῆναι (id est ἐᾶν κριθῆναι), ὡς ἑτοίμων ἡμῶν ὄντων κριθῆναι; neque enim ἡμῶν subaudiendum videtur esse post ἑτοίμων ὄντων, sed referenda sunt haec verba sine dubio cum G. H. Schaefero (ad h. l.) ad proxime antecedentia (sc. τῶν ἀντιλεγομένων); vocabulum igitur ἕτοιμος, quod proprie dicitur de hominibus, translatum est ad res inanimas), 23: εἰ γὰρ τοῦτο συνέβη παθεῖν τῇ νηί (cf. Schwarz. d. l. pp. 9—10 = progr. l. p. 6, Schulz. d. l. p. 53 not. 1; ceterum exemplis ab his congestis adde XXXV, 13 in syngrapha), 24: αἱ τιμαὶ ἐπετέταντο, 30: ἐργάσασθαι τῷ ἀργυρίῳ, 31: ἐπὶ τὴν συγγραφὴν ἀνάγετ' αὐτόν, 34: τὰ δ' ἡμέτερα χρήματα ἔχοντες καὶ καρπούμενοι, 43: ἐπανορθούμενοι τὸ ἀκούσιον σύμπτωμα (cf. Schwarz. d. l. p. 8 = eiusd. progr. l. p. 5, Bl.), 44: μηδ' ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν αὐτοὺς ἐᾶτε (Bl.), 50: ἔμπροσθεν τοῦ δικαίου.

Ex hac metaphorae expositione scriptorem orationum XXXIV. et LVI. translationes et multo saepius adhibere et ex aliis fontibus petere quam orationis XXXIII. auctorem plane perspicuum esse puto.

Huc accedit, quod frequentiora in orationibus XXXIV. et LVI. quam in XXXIII. occurrunt verba, quibus maior inest gravitas, immoderatae dictiones, superlativa, qua ex re illarum orationum auctori maiorem quandam insitam esse „augendi res vel minuendi cupiditatem“ (Quint. VIII, 6, 75) facile apparebit. Et verba quidem maiore vi et quae insolentius dicta sunt ex or. XXXIII. notavi haec: τὸ παράπαν § 34, εἰς τοῦτ' ἦλθεν ἀναιδείας 16 cl. 22, ex or. XXXIV. haec: ὅτι ἰδιῶται παντελῶς ἐσμεν § 1, οὐδεμίαν πώποτε § 1, ἀναίσχυντοι § 1, τὸ παράπαν § 3, οὐδεπώποτε §§ 12 et 16 (sic codd; οὐδέπω τότ' Reiskio debetur), μαίνει § 14, οὐδέτερος οὐδ' ὁτιοῦν § 15, μὴ γὰρ οἴεσθέ με οὕτως ἀπόπληκτον εἶναι καὶ παντελῶς μαινόμενον § 16 (Blass. p. 519), σύμπαν § 23, ὦ γῆ καὶ θεοί § 29, μόνοι πρὸς αὑτοὺς αὐτοί § 35, οὕτως ὄντ' ἀβέλτερον § 41, ex or. LVI. haec: ἐν γραμματειδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε § 1 (Bl.), παλιγκαπηλεύων (Bl.), αὐτοὶ οὗτοι καθ' αὑτῶν § 10, οὐδέν γε μᾶλλον ἢ ὁτιοῦν § 15 (Bl.), σύνολον § 15, εὐήθεις ἔφη παντελῶς ἡμᾶς εἶναι § 18, παρασυγγραφεῖν 28 et 34 (Bl.), Μὴ οὖν ἀποδέχεσθε τούτου φενακίζοντος ὑμᾶς § 31, θεάσασθε τὴν ὑπερβολὴν § 40, μᾶλλον δ' ἀναίσχυντος § 41, πρὸς τοῖς ἐξ ἀρχῆς ἀδικήμασι πολλῷ μείζω προσεξημαρτήκασι § 43. Superlativa inveni in or. XXXIII. tria: §§ 5, 10, 37, in or. XXXIV. novem: §§ 2, 5, 6, 8, 11, 32, 37, 45, 52, in or. LVI. octo: §§ 8, 10, 11, 17, 33 bis, 35, 40.

Alii tropi praeter translationem perraro usurpantur a nostris. Illius dicendi formae, quae a recentioribus λιτότης vocari solet, tria exstant exempla in oratione LVI: μὴ πάνυ § 2, οὐκ ὀλίγα § 7, οὐχ

Digitized by Google

ἥκιστα § 8. Synecdoche unico obviam venit loco: XXXIV, 10: *ἀπώλεσε δὲ πλέον ἢ τριάκοντα σώματα.*

Haec hactenus de usu troporum; transeo ad figuras.

Ut a figuris sententiarum exordiar, illa, quam Graeci *εἰρωνείαν* nominaverunt, in oratione XXXIII. prorsus deest, in reliquis duabus orationibus reperitur locis his: XXXIV, 35: *καὶ ὁ Λάμπις, ὅσα μὲν εἶπε πρὸς ἐμὲ πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι, οὐκ ἐντὸς ὢν αὐτοῦ φησιν εἰπεῖν· ἐπειδὴ δὲ τὸ χρυσίον τοὐμὸν ἐμερίσατο, τότ' ἐντὸς εἶναί φησιν αὐτοῦ καὶ πάντ' ἀκριβῶς μνημονεύειν* (Bl. p. 520 n. 1), cf. 9: *τοῦ ναυκλήρου κελεύοντος αὐτὸν — ἐντίθεσθαι τὰ ἀγοράσματα τῶν ἐμῶν χρημάτων, εἶπεν οὗτος ὁ νῦν φάσκων ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον ὅτι οὐκ ἂν δύναιτο ἐνθέσθαι εἰς τὴν ναῦν τὰ χρήματα* et 12: *ἐπεὶ δ' ἀπεκοινώσατο τοῖς νῦν παροῦσιν αὐτῷ καὶ συνδικοῦσιν, ἕτερος ἤδη ἦν καὶ οὐχ ὁ αὐτός;* LVI, 9: *ἐπειδὴ — αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ' ἔλαττον ἐβάδιζον καὶ ἡ ναῦς ἡ τούτων ἀνήχτο εἰς Αἴγυπτον, εὐθέως οὗτος ἀποστέλλει τινὰ εἰς τὴν Ῥόδον ἀπαγγελοῦντα τῷ Παρμενίσκῳ — τἀνθένδε καθεστηκότα, ἀκριβῶς εἰδὼς ὅτι ἀναγκαῖον εἴη τῇ νηὶ προσέχειν εἰς Ῥόδον,* 28: *εἰ δέ τινες ἀφείκασί τί σοι — —, διὰ ταῦτα οὐδὲν ἀδικεῖς ἡμᾶς; οὐκ οἶμαί γε,* 32: *ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην αὐτοῦ σοῦ, πότερον ὡς ὑπὲρ διεφθαρμένης τῆς νεὼς διαλέγει ἢ ὡς ὑπὲρ σεσωσμένης,* 40: *διὰ τί οὖν, ὦ βέλτιστε, εἰς μὲν τὴν Αἴγυπτον καὶ τἄλλα ἐμπόρια ἀπέστελλες αὐτήν;* (Bl. p. 525 n. 2), 41: *ἀλλ' οὕτως ἀνδρεῖος εἶ, μᾶλλον δ' ἀναίσχυντος;* cf. 41: *τοὺς εἰς Ῥόδον [τόκους] προστάττεις ἀπολαβεῖν, ὥσπερ τὸ σὸν πρόσταγμα τῆς συγγραφῆς δέον κυριώτερον γενέσθαι.*

Alia non minor diversitas inter XXXIII. orationem et orationes XXXIV. et LVI. apparebit, cum et quibus verbis earum scriptores iudices alloqui soleant et quoties adhibita sit iudicum allocutio quaesiverimus. Etenim in or. XXXIII. iudices semper *ὦ ἄνδρες δικασταί* appellantur, cum orationum XXXIV. et LVI. auctor formulas *ὦ ἄ. δικασταί* et *ὦ ἄ. Ἀθηναῖοι* usurpet. Numerus autem allocutionum in oratione XXXIII. multo est minor, quam in ceteris duabus orationibus. Illius enim auctor iudices novies compellat: §§ 1, 4, 16, 20, 22, 29 bis, 32, 35, contra alloquendi formulae adhibentur in oratione XXXIV. septies et vicies: *ὦ ἄ. δικασταί* §§ 1, 22, 25, 29, 36, 37, 40, 43, 50, *ὦ ἄ Ἀθηναῖοι* §§ 2, 5, 6, 7, 10, 12 bis, 14, 15, 16, 17 bis, 19 bis, 21, 34, 48, 49, in oratione LVI. tricies: *ὦ ἄ. δικασταί* §§ 1, 2, 6, 7 bis, 8, 9, 10, 13, 14, 16, 17, 18, 19, 22, 25, 42, 50, *ὦ ἄ Ἀθηναῖοι* §§ 4, 5, 14, 24, 33, 34, 36, 37, 40, 44, 47, 48. Cadunt igitur singulae compellationes in oratione XXXIII. in quaternas circiter paragraphos, in orationibus XXXIV. et LVI. in binas circiter paragraphos.

Digitized by Google

Magna etiam discrepantia efficitur usu aversionis. Genus enim illud huius figurae, quo sermo convertitur a iudicibus ad adversarios, in oratione XXXIII. plane desideratur, in orationibus XXXIV. et LVI. occurrit saepissime: in illa appellatur adversarius §§ 26—34, in hac §§ 25—28, 32, 38—41.

Utrum vero alterius aversionis generis usu — usum dico deorum allocutionum — orationes XXXIV. et LVI. cedant orationi XXXIII., diiudicare non ausim, quamquam et iurandi et obtestandi formulas in longioribus orationibus XXXIV. et LVI. paulo rarius inveniri, quam in XXXIII. illis multo breviore, non nego; XXXIV. enim oratio hanc solam eamque minus usitatam imprecationem praebet: *ὦ γῆ καὶ θεοί* § 29, in LVI. hoc solum exstat iuramentum: *μὰ Δί'* § 38, in XXXIII. bis legitur *νὴ Δία* § 25 et 37.

Venio ad interrogationes. Numero interrogationum oratio XXXIII. aequat orationes XXXIV. et LVI.; nam singulas unaquaeque in ternis fere paragraphis exhibet; invenis eas in or. XXXIII. §§ 23, 25, 28 bis, 29, 30 bis, 31, 33, 34 bis, 36, 37 bis, 38, in or. XXXIV. §§ 14, 15, 17, 25 bis, 26, 27 bis, 28, 29 bis, 30, 33, 43, 47 bis, 48, 49, in or. LVI. §§ 2, 15 bis, 19/20, 23, 25, 27, 28, 32 bis, 33, 38, 39 bis, 40, 42 bis, 52. Sed eo differt oratio XXXIII. a ceteris, quod responsiones illae Demosthenicae, quibus a lacrior fit oratio et vividior, in ea adduntur nunquam, non prorsus desunt in XXXIV. et LVI; legimus enim *μηδαμῶς* responsum XXXIV, 50 et LVI,50, *οὐκ οἶμαί γε* LVI,28.

Eodem modo ac deorum invocationum numero superari videtur etiam scriptor orationum XXXIV. et LVI. a scriptore orationis XXXIII. numero subiectionum. Haec enim figura adhibita est in oratione XXXIII. bis: §§ 25: *ἀλλὰ νὴ Δία εὐπόρως διέκειτο* —, et 37: *ἀλλὰ νὴ Δία — μαρτυρήσει τις* —, cum bis reperitur in XXXIV., semel est in LVI: in illa legis: *ἡ γὰρ συγγραφή με, φησὶ, — ἐκέλευεν* — § 32, *Λέγει δ' ὡς ἡ συγγραφὴ — κελεύει* § 33, in hac invenis: *Διὰ τί οὖν, φησὶν, ἐμισθωσάμην* —. Magnopere autem oratores inter se differre verbis, quibus subiectiones inducunt, nemo negabit.

Correctionis *(ἐπανορθώσεως)* et reprehensionis (Quint. IX, 2, 18) figurarum exempla non habemus nisi LVI, 7: *μᾶλλον δὲ καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας*, 41: *μᾶλλον δ' ἀναίσχυντος*, XXXIV, 40: *εἴ γε δεῖ καὶ τούτοις τεκμαίρεσθαι*, LVI, 28: *εἰ ἄρα γέγονεν* —.

Ad extremum autem summo opere distat orationis XXXIII. auctor a scriptore orationum XXXIV. et LVI. usu illius figurae, quam sermocinationem sive *διάλογον* vocare liceat, qua et „nostros cum aliis sermones et aliorum inter se credibiliter introducimus" (Quint. IX, 2, 30). Inserta est ea orationis XXXIV. §§ 14, 15, 32, orationis LVI. §§ 12, 14, 15, 24; in oratione XXXIII. plane desideratur.

Digitized by Google

Quibus expositis de sententiarum figuris sequitur, ut agamus de figuris verborum.

Repetitio usurpatur XXXIII, 12: *πάντα δὲ ποιήσας καὶ εἰς πᾶσαν ἀπέχθειαν — ἐλθών*, quam quidem repetitionem propter particulam *καί* vi carere Schulzius (p. 75) recte monuit, et LVI §§ 10: *καταφρονήσαντες μὲν —, καταφρονήσαντες δέ* et 35: *ἕτερα μὲν λέγει —, ἕτερα δέ* (Bl.). Confer praeterea XXXIV, 5: *τί — καὶ τί*, LVI, 11: *ὅτι — ὅτι* (secundum codd.), 15: *τί — ἢ τί*, 27: *εἰ μὲν πεποίηκας, — εἰ δὲ μὴ πεποίηκας*, 28: *εἰ ἄρα γέγονεν —, μετὰ τοῦ συμφέροντος — γέγονε*, 32: *ὡς — ὡς*, 42: *δι' ἡμᾶς — ἢ διὰ τοῦτον*, 45: *οὐκ ἀπειλήφαμεν —. οὐ κατακεκομίκασι τὴν ναῦν.*

Coacervatio non nisi XXXIV, 31 occurrit (Bl.) Conferas tamen XXXIV, 19: *καὶ ὀργὴ — καὶ τιμωρία*, 51: *οὔτε ναῦν οὔτε ναύκληρον οὔτ' ἐπιβάτην*, LVI, 45: *καὶ ἐξ ἑνὸς καὶ ἐξ ἀμφοῖν*, 47: *καὶ ἡμᾶς καὶ ὑμᾶς*, 50: *καὶ κοινῇ — καὶ ἰδίᾳ.*

Dissolutio non obviam venit nisi LVI, 45: *ἐδανεισάμεν —. οὐκ ἀπειλήφαμεν —. οὐ κατακεκομίκασι* (Bl.) Cf. XXXIV, 4: *ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν —, οὐ κατηγορεῖν.*

Synonymiae duas potissimum formas distinguendas esse existimo; una est, cum bina vocabula ferme idem significantia coacervantur (= verba cognominata); altera iis locis legitur, quibus vel pluribus verbis vel totis sententiis idem fere bis indicatur. In illo synonymiae genere ex oratione XXXIII. unicum exemplum numerari potest: *ἀδικεῖν καὶ συκοφαντεῖν* § 37 (v. Schulz. pp. 74—75); ex XXXIV. autem oratione adscribam verba cognominata haec: *ἐξετάζειν καὶ παρακολουθεῖν* (= „scrutari et vestigare“ cf. Reisk. ad 909, 17) § 8, *παροῦσι — καὶ συνδικοῦσιν* § 12, *ἀπόπληκτον — καὶ — μαινόμενον* § 16, *ὀργὴ — καὶ τιμωρία* § 19, *ἀκινδύνως καὶ ἀναισχύντως* § 19, *ἀγανακτοῦντος — καὶ σχετλιάζοντος* § 19, *συνέπλευσαν — καὶ προσήδρευον* § 26, *ὀρθῶς καὶ δικαίως* § 29, ex LVI. haec: *φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον* § 1, *γραμματειδίῳ — καὶ βιβλιδίῳ* (ambas voces unum idemque significare G. H. Schaeferus ad 1283,3 recte mihi videtur opinari; sed cf. Meieri et Schoemanni l. de litt. att. (nova edit. Lipsii) p. 685 n. 562) § 1, *δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν* § 4, *ὑπερέται καὶ συνεργοί* § 7, *ἐπιστολῶν καὶ συνεργιῶν* § 9, *ἀγανακτοῦντος — καὶ ἐγκαλοῦντος* § 11, *αἰτιᾶσθαι καὶ λέγειν* § 11, *διέφθαρται — καὶ ἀπόλωλε* § 32, *ἔχοντες καὶ καρπούμενοι* § 34, *ἀξιούντων — καὶ προκαλεσαμένων* § 40, *ἔχουσι — καὶ χρῶνται* § 45, *συγγραφὰς καὶ τὰς ὁμολογίας* § 48.[1])

Apparet in orationibus XXXIV. et LVI. verba cognominata multo frequentiora esse, quam in oratione XXXIII. Idem valet de altera

---

[1]) Consulto omisi *ἐμφανῆ καὶ ἀνέπαφα* §§ 38 (bis) et 40, nam e syngrapha haec verba orator petisse putandus est.

Digitized by Google

synonymiae forma, quae primum iis locis cernitur, quibus eadem res per affirmationem et negationem exprimitur, ut XXXIII, 11: ἀδικούμενος, ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν, XXXIV, 4: οἱ νόμοι — ἀπολογεῖσθαι κελεύουσιν εὐθυδικίαν εἰσιόντα, οὐ κατηγορεῖν, 12: ἕτερος ἤδη ἦν καὶ οὐχ ὁ αὐτός, 33: παραβεβηκὼς δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς καὶ τὰ χρήματα οὐκ ἐνθέμενος, 52: ὑμᾶς δὲ δεῖ συνεπανορθοῦντας φαίνεσθαι καὶ μὴ συγχωροῦντας τοῖς πονηροῖς, LVI, 9: εἰς Ἀθήνας πλεῖν, εἰς δ' ἄλλο μηδὲν ἐμπόριον, 12: αὐτὸς ἑαυτῷ νομοθετῶν καὶ οὐχὶ τοῖς ἐκ τῆς συγγραφῆς δικαίοις πειθόμενος, 30: προσκεκερδήκασι καὶ οὐκ ἀφείκασι τούτοις οὐδέν, 32: εἰ δ' ἔστιν ἡ ναῦς σῶς καὶ μὴ διέφθαρται, 34: σωθείσης τε τῆς νεὼς καὶ οὐ διεφθαρμένης, 42: ἑκόντες καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης. — Tum illud fit, ut ea, quae negative sunt expressa, affirmative repetantur, ut XXXIII, 24: οὐκ ἂν τρίτῳ ἔτει ὕστερον, ἀλλ' εὐθὺς τότε εἰσέπραττεν ἄν, XXXIV, 12: καὶ οὗτος κατὰ μὲν ἀρχὰς οὐδεπώποτ' — εἶπε τὸν λόγον τοῦτον ὃν νυνὶ λέγει, ἀλλ' ἀεὶ ὡμολόγει ἀποδώσειν, 31: οὐκ ἐμοί, ἀλλ' ἑτέρῳ, 46: τοῦ δ' ἀποδεδωκέναι οὐδείς ἐστι μάρτυς ἔξω τοῦ Λάμπιδος τοῦ συναδικοῦντος. καὶ οὗτος μὲν εἰς ἐκεῖνον μόνον ἀναφέρει τὴν ἀπόδοσιν, LVI, 18: ὡς ἄνθρωπος οὐ τῷ δικαίῳ πιστεύων, ἀλλὰ διάπειραν ὑμῶν λαμβάνειν βουλόμενος, 27: οὐκ ἄλλος οὐδείς, ἀλλ' αὐτὸς σύ, 45: οὐκ ἀπειλήφαμεν τὰ χρήματα οὐδὲ τοὺς τόκους, ἀλλ' ἔχουσι τὰ ἡμέτερα καὶ χρῶνται δεύτερον ἔτος. — Denique ea, quae affirmative aut negative exprimuntur, affirmative etiam aut negative iterantur. Exempla in promptu sunt haec: XXXIII, 2: παραγραψάμενοι — καὶ εἰσελθόντες εἰς ὑμᾶς, 3: ἐγκαλοῦντος — τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου cll. 4: παρὰ τοὺς νόμους — εἴληχέ μοι τὴν δίκην — καὶ τὰ ψευδῆ ἐγκέκληκεν et 35: ψευδῆ μοι ἐγκέκληκε καὶ παρὰ τοὺς νόμους τὴν λῆξιν πεποίηται, XXXIV, 20: τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν καὶ πονηρὸς ὤν, LVI, 2: τῷ οὖν ποτὲ πιστεύοντες καὶ τί λαβόντες τὸ βέβαιον (cf. Reisk. et G. H. Schaef. ad 1283, 8), 3: παρὰ τὴν συγγραφὴν καὶ τοὺς νόμους, 10: καταφρονήσαντες μὲν τῆς συγγραφῆς — καὶ τῶν ἐπιτιμίων ἃ συνεγράψαντο — καθ' αὐτῶν, 12: τῆς συγγραφῆς καὶ τῶν δικαίων, 15: τί γὰρ ἔχοντες δίκαιον ἢ τί τὸ ἰσχυρόν, 14: ἐλαττοῦσθαί τι καὶ συγχωρεῖν, 17: ἔχει — τὰ ἡμέτερα καὶ χρῆται τοῖς χρήμασι, 18: Ταῦτα τοίνυν — προκαλεσαμένων ἡμῶν Διονυσόδωρον τουτονὶ πολλάκις, καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐκτιθέντων τὴν πρόκλησιν, 27: αὕτη δὲ τί λέγει καὶ ποῖ προστάττει τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι; 28: εἰ δέ τινες ἀφείκασί τί σοι καὶ συγκεχωρήκασι τοὺς εἰς Ῥόδον τόκους (cf. Reisk. et G. H. Schaef. ad 1289,21), 30: παραχειμάζειν — καὶ περιμένειν τὴν ὡραίαν, 31: τὴν συγγραφὴν — καὶ τὰ ἐκ τῆς συγγραφῆς δίκαια, 32: τί περὶ τῶν τόκων διαφέρει καὶ ἀξιοῖς ἡμᾶς κομίζεσθαι τοὺς εἰς Ῥόδον τόκους; 36: τὰ δίκαια ταὐτὰ περὶ ἀμφοῖν ἐστι καὶ ἡ πρᾶξις ἡ αὐτή, 37: σέσωσται καί ἐστι σῶς, 40: ἐπεσκευάσθη καὶ πλώϊμος ἐγένετο, 43: τὸ συμβὰν

Digitized by Google

ἐγένετο καὶ ἡ ναῦς ἐρράγη, 47: σεσιτηγηκότες πρὸς αὐτοὺς καὶ καταπεπλευκότες τῇ νηὶ εἰς τὸ ἐκείνων ἐμπόριον. — — XXXIII, 3: ἄλλου συμβολαίου οὐκ ὄντος ἐμοὶ πρὸς τοῦτον οὔτε ναυτικοῦ οὔτε ἐγγείου, XXXIV, 1: οὐδεμίαν πώποτε δίκην πρὸς ὑμᾶς εἰσήλθομεν, οὔτ' ἐγκαλοῦντες οὔτ' ἐγκαλούμενοι ὑφ' ἑτέρων, 13: ὅτι οὐδὲν ποιεῖ τῶν δικαίων Φορμίων οὐδ' ἀποδίδωσι τὸ δάνειον, 31: μάρτυρα οὐδέν' ἐποιήσω, οὔτε δοῦλον οὔτ' ἐλεύθερον, LVI, 16: τὴν μὲν συγγραφὴν μὴ κινεῖν · μηδ' ἄκυρον ποιεῖν, 26: οὔτ' ἀφείκαμέν σοι οὐδὲν οὔτε συγκεχωρήκαμεν τῷ πλῷ τῷ εἰς Ῥόδον, 27: εἰ δὲ μὴ [ταῦτα] πεποίηκας μηδὲ κατακεκόμικας τὴν ναῦν Ἀθήναζε, 45: οὐ κατακεκομίκασι τὴν ναῦν εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον οὐδέπω καὶ νῦν, οὐδ' ἡμῖν παρεσχήκασιν ἐμφανῆ. — Addo pleonasmi exempla, quae sunt XXXIV, 27 et 33: εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, 48: δικαιότερόν ἐστι — τεκμαίρεσθαι μᾶλλον; cf. 35: μόνοι πρὸς αὐτοὺς αὐτοί.

Hic iure meo mihi videor monere posse brevia illa enuntiata, quibus scriptores, quae exposuerunt amplius, complectuntur, inveniri XXXIII, 9: Τὸν μὲν τρόπον τοῦτον ἀπήλλαξε τοὺς χρηστὰς Ἀπατούριος οὑτοσί, XXXIV, 3: Περὶ μὲν οὖν τῆς συγγραφῆς βραχύς ἐστιν ὁ λόγος, 7: ἀρχὴ μὲν οὖν αὕτη ἐγένετο τοῦ ἀδικήματος, LVI, 19: Τὰ μὲν τοίνυν πεπραγμένα Διονυσοδώρῳ ἀκηκόατε, ὦ ἄ. δ., 21: ἓν μὲν τοῦτ' ἐστιν αὐτῷ μέρος τῆς ἀπολογίας, 26: Περὶ μὲν οὖν τούτων ἱκανά μοι τὰ εἰρημένα, 45: Τὰ μὲν οὖν περὶ τοῦ πράγματος δίκαια βραχέα ἐστὶ καὶ εὐμνημόνευτα, 46: ὁ μὲν παρ' ἡμῶν λόγος οὗτός ἐστιν. Etiam hac ex parte orationis XXXIII. scriptorem infra esse auctorem orationum XXXIV. et LVI. negari nequit.

Antequam progrediar ad reliquas figuras verborum considerandas, hoc loco quae observavi de verborum inopia inserere volo; perspicuum enim fore spero orationes XXXIV. et LVI., quas permulta continere synonymiae exempla modo exposui, minus etiam quam orationem XXXIII. laborare verborum inopia. Ex hac enim afferenda sunt haec verba, locutiones, sententiae, loci, structurae, quae vitiose iterata esse dixeris:

1: ὅ τι ἂν αὐτῶν καταγνωσθῇ, 22. εἴ τι καταγνωσθείη τοῦ Παρμένοντος.

2: ἐπὶ τὴν παραγραφὴν καταφεύγειν, quibus verbis quae simillima sunt, supra (p. 9) apposui ex §§ 14 bis, 17, 29 bis, 36 bis; addo hic ἐπ' ἐμὲ ἐλθεῖν § 25.

2: ἀδίκως ἐγκαλοῦντας καὶ — συκοφαντοῦντας, 3. ἐγκαλοῦντος — τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου, 4. παρὰ τοὺς νόμους εἴληχέ μοι τὴν δίκην καὶ τὰ ψευδῆ ἐγκέκληκεν, 35. τ. ψ. μοι ἐγκέκληκε καὶ παρὰ τοὺς νόμους τὴν λῆξιν πεποίηται (Schulz. l. l. p. 71).

3: ὁ τὸν ἀγῶνα τουτονὶ κατεσκευακώς, 18. ὁ δὲ ταῦτα κατασκευάζων (Schulz. l. l.).

Digitized by Google

4: ἐκ πολλῶν ὑμῖν τοῦτ' ἐπιδείξω, 35. ἐκ πολλῶν οἶμαι ἐπιδεδεῖχθαι τοῦτο ὑμῖν.
4: οὔπω δ' ἔτη ἐστὶν ἑπτὰ ἀφ' οὗ, 26. οὐκ ἔστι τοίνυν ὅστις, 28. οὐκ ἔστιν ὅπως, 33. ἔστιν ὅστις cl. 34. τίς οὕτως ὠμός ἐστιν — ὅς.
5: διὰ δὲ τὸ ἀφῖχθαι, διὰ τὸ εἶναι, διατριβάς, διὰ τὸ ἐνδιατρῖψαι.
5 extr.: οὗτός τε καὶ — Παρμένων, 6 in. οὗ. κ. ὁ Παρμένων (cf. Schulz. p. 83).
6: ἔτυχε — ὀφείλων, 7. ἔ. παρόν, ἔ. προσκεκρουκώς.
8: ποιήσασθαι τὸ συμβόλαιον; redit ποιεῖσθαι cum substantivis §§ 8, 21, 22, 26 bis, 28, 35 bis, 36 bis, 37.
8: καὶ ὡς ἀληθῆ λέγω, ἀκούσατε τῶν μαρτυριῶν, 12. et 15. κ. ὡ. ἀ. λ., ἀ. τ. μ., cll. 13. κ. ὅτι ἀ. λ., λαβέ μοι τὴν μαρτυρίαν, 18. κ. ὡς ἐσκήψατο ἀπολωλέναι ὁ Ἀριστοκλῆς, ἀ. τ. μ., 19. κ. ὧν ἐναντίον ἀπεῖπεν, ἀ. τῆς μαρτυρίας (Schulz. pp. 72—73).
9: τὴν ναῦν ἐξορμίσαι, τ. ν. — ἐξορμίζειν, 24. ἐξώρμιζε τ. ν.
10: ἀπολυθήσομαι τῆς ἐγγύης τῆς ἐπὶ τὴν τράπεζαν, 11. ἀπολυθῆναι τ. ἐ. τῆς πρὸς τ. τρ., cl. 24. τὸ ἐπὶ τ. τρ. χρέως.
13: μετὰ ταῦτα τοίνυν, 20. μ. τ. τ. (Schulz. p. 73).
13: ἐνεστηκυίας δὲ τῆς δίκης, 14. ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν (Schulz. p. 71).
14: οὗτος μὲν Ἀριστοκλέα Οἴῆθεν, ὁ δὲ Παρμένων ἐμέ, 15. οὗτος μὲν — τὸν Ἀριστοκλέα, ὁ δὲ Παρμένων — Ἄρχιππον, 19. οὗτος μὲν τὸν Ἀριστοκλέα, ὁ δὲ Παρμένων τοὺς τρεῖς, cl. 20. ὁ μὲν — ὁ δ' Ἀριστοκλῆς, cl. 30. ὁ μὲν — ὁ δέ.
15: συνέθεντο, συνθέμενοι δὲ ταῦτα, ἐτίθεντο, θέσθαι, τίθενται, 16 in. ἐτέθησαν (cf. Schulz. p. 71).
16: ἡ ἐπιτροπὴ ἐγένετο, 19. et 29. ἡ ἔ. ἐ., cll. 23 ἡ μὲν γὰρ ἐ. — γέγονε, 9. ἡ πρώτη διάφορα ἐ., 10. εἴ τις ἔνδεια γίγνοιτο, 20. ὁ σεισμὸς ἐ.
18: οἰκείως ἔχων, διαφόρως ἔ.
19: tota haec paragraphus similis est paragrapho tricesimae (Schulz. pp. 71—72).
19: ἀφανισθεισῶν, ἠφανικώς, ἀποφανεῖσθαι, ἀποφαίνεσθαι.
19: μὴ ἀποφαίνεσθαι παρὰ τὰς συνθήκας καθ' αὑτοῦ ἄνευ τῶν συνδιαιτητῶν, 20. μ. ἀ. κ. αὑ. ἄ. τ. σ., 33. ὅτι ἀπεῖπεν αὐτῷ ἀ. τ. σ. κ. αὑ. μ. ἀ., 34. ἀπεῖπε — αὐτῷ κ. αὑ. μὴ διαιτᾶν, 31. ἀπηγόρευεν — κ. αὑ. μὴ γιγνώσκειν ἀ. τ. σ.
20: etiam totius huius paragraphi verba similiter redeunt paragrapho tricesima tertia (Schulz. p. 72).
20: συμφορά, — άν, — άν.
22: πρῶτον μέν, = 23 bis (cf. Schulz. p. 83).



Digitized by Google

23: *τὸν χρόνον ἐμαυτῷ ἡγοῦμαι μάρτυρα εἶναι τοῦ* —, 27. *μ. μοί φημι τὸν νόμον εἶ. τοῦ* —.

25 extr.: *δικάζεσθαι*, 26. *δικάζονται*, *ἐδικάσατο*, *δικάζεται*.

29: *ὅτι μὲν γὰρ* —, *μεμαρτύρεται ὑμῖν*, 30. *Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο μ. ὑ.*, *ὅτι* —, 31. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ὡς* —, *μ. ὑ.* cl. 16. *Ὅτι μὲν* — *οἱ εἰδότες ταῦτα μεμαρτυρήκασιν ὑμῖν*.

30: *γράφεσθαι*, *γράφεσθαι*, *γραφεισῶν*, *ἔγραψαν*, *ἐγράφησαν*.

30: *πῶς ἐνῆν*, *πῶς ὀρθῶς ἂν ἐμοὶ δικάζοιτο*, 31. *πῶς ἂν* — *ἐμὲ ἀπολέσαιτε*, 34. *πῶς ἂν* — *καταγιγνώσκοιτε*, 36. *πῶς ἂν δικαίως πιστεύοιτο;*

Quam inops sit scriptor orationis XXXIII. etiam inde apparebit, quod non dubitavit incipere novas periodos quater decies ita, ut in initio earum participia poneret (cf. infra p. 25), novies ita, ut genitivis absolutis uteretur (v. infra p. 25).

In oratione XXXIV. haec fere sine ulla varietate vel nimis saepe repetuntur:

5: *φασὶ δ' ἀποδεδωκέναι τὸ χρυσίον* cll. §§ 9, 11, 14, 15, 16, 17, 22, 23, 24, 25, 26, 29, 33, 34, 35, 41, 46, 47.

6: *κελευούσης δὲ τῆς συγγραφῆς*, 7. *κ. τ. σ.*

7: *οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τὴν ναῦν*, cll. §§ 9, 10, 11, 16, 17, 20, 22, 27, 33 bis, 34, 40.

8: *καταλαβὼν* — *τῶν φορτίων* — *ἀπρασίαν*, 22. *ἀ. τ. φ. κατέλαβε*.

11: *τούτῳ γὰρ προσέχετε τὸν νοῦν* = 23.

11: *τὸ χρυσίον εἰληφὼς εἴη* cll. §§ 14, 16, 20, 41, 46, 47, 49.

13: *προσκαλεσαίμην*, *προσεκαλεσάμην*, 14. *προσκαλουμένῳ*, *προσκαλεῖ*, 15. *προσκαλεῖ*.

14: *εἰπεῖν*, *εἶπε*, *εἰπεῖν*, 15. *εἰπεῖν*, *εἶπε*.

14: *ὃ εἰκὸς ἦν* cll. §§ 15, 40.

16: *ὑφ' οὗ ἔμελλεν ἐξελεγχθήσεσθαι*, 34. *ἐ. ἐ.*

17: *παραγραφὴν*, — *ῇ*, — *ἣν*, — *ῇ*.

18: *μαρτυρεῖν ὅ τι βούλοιτο*, 19. *μαρτυροῖσιν ὅ τι ἂν βούλωνται*.

18: *μαρτυρεῖν*, *ἐμαρτύρει*, 19. *ψευδῆ μαρτυρεῖν*, *ψ. μαρτυροῦσιν*, *μαρτυροῦσιν*.

30: *ἴστε γὰρ δήπου πάντες*, 39. *καὶ ταῦτα π. ἴ.*

35: *πρὶν ὑπὸ τούτου διαφθαρῆναι* = 41.

42: *ἕνεκα τοῦ πλοῦ τοῦ Ἀθήναζε* = 43.

Vides in or. XXXIV. inprimis rem, in qua causa posita est, molestissime repeti. Idem potest dici de or. LVI., ex qua has congessi iterationes:

1: *τοῖς κατὰ θάλατταν τὴν ἐργασίαν προῃρημένοις*, 48. *τῶν κ. θ. ἐργάζεσθαι π.*, 50. *τοῖς ἐ. π.*

1: *φάμεν* = 31, 37, *ἔφαμεν* 13.

Digitized by Google

2: τῷ οὖν ποτὲ πιστεύοντες καὶ τί λαβόντες τὸ βέβαιον, 15. τί γὰρ ἔχοντες δίκαιον ἢ τί τὸ ἰσχυρόν;
3: δανεισάμενος — ἐπὶ τῇ νηὶ — ἐφ' ᾧ τε τὴν ναῦν καταπλεῖν Ἀθήναζε cll. §§ 5, 6, 17, 20, 42, 49.
3: ἐκεῖσε ἐξελόμενος ἀπέδοτο cll. §§ 10, 20, 21.
6: καὶ ἐπὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις δανείζονται cll. §§ 11, 42.
6: εἰς ἕτερον ἐμπόριον οὐδὲν ἀλλ' ἢ εἰς Ἀθήνας cll. 9, 11.
9: τῷ Παρμενίσκῳ τῷ κοινωνῷ, 10. ὁ Π. ὁ τουτουὶ κ.
16: τῆς συγγραφῆς καὶ τῶν δικαίων cll. §§ 12, 34.
17: ἔχει δεύτερον ἔτος τὰ ἡμέτερα cll. §§ 34, 35.
21: ἃ δὴ λέγει πρὸς ταῦτ' ἀκούσατε, 22. πρὸς ἕκαστον — ἀ., ἃ λέγομεν.
35: τὰ δίκαια ταὐτὰ περὶ ἀμφοῖν ἐστι καὶ ἡ πρᾶξις ἡ αὐτή, 45. τὴν δὲ πρ. εἶναι καὶ ἐξ ἑνὸς κ. ἐ. ἀ.
36: Ἀθήνηθεν — εἰς Αἴγυπτον κ. ἐξ Αἰγ. Ἀθήναζε = 45.
41: οὐκ ἐσώθη ἡ ναῦς εἰς τὸν Πειραιᾶ, 42. οὐ σέσωσται ἡ ν. εἰς τ. Π.

Sed redeamus, unde digressi eramus, reliquumque ornatum consideremus.

Parentheses animadverti has: XXXIII, 37: (τὸ ῥᾷστον τοῖς ἀδικεῖν καὶ συκοφαντεῖν προῃρημένοις), XXXIV, 1: ἀκριβῶς ἴστε, 10: ὡς ἀκούομεν, 11: (τούτῳ γὰρ προσέχετε τὸν νοῦν) cl. 23: (τ. γ. π. τ. ν.), 14: ὃ εἰκὸς ἦν, 21: ὡς ὕστερον ἐπυθόμεθα, LVI, 7: ἵνα μηδὲ τοῦτ' ἀγνοῆτε, 11: οἷον εἰκός, 24: οἶμαι, cl. 29: οἶ., 25: ὥς φατε, 28: ὡς οὗτοι λέγουσι. Cf. etiam φησί et ἔφη interiecta: XXXIV, 32, LVI, 12, 14, 24. Dubium igitur esse non potest, quin usu parentheseos oratio XXXIII. valde superet orationes XXXIV. et LVI.

Figura etymologica occurit XXXIV, 1: συμβόλαια — συμβάλλοντες, 12: λόγον — λέγει, LVI, 6, 20, 49: συγγραφὴν γράψασθαι, 17. πρόκλησιν — προὐκαλεσάμεθ', 33. πεπλευκυίας — τὸν πλοῦν cl. 49: τοὺν πλοῦν — πεπλευκέναι, 48. δίκην δικάζοντες; cf. LVI, 16. χρῆται τοῖς χρήμασι.

Alliterationes, in quas non forte scriptores videntur incidisse, hae reperiuntur: XXXIV, 6: πρᾶγμα ποιεῖ πάντων, LVI, 2: ἑκὼν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, 13: πολλοὺς παραλαβὼν προσῄει; cf. XXXIV, 4: πάντα πεποίηκε, LVI, 27: δεῖξον οὖν τοῖς δικασταῖς δυοῖν θάτερον.

Similiter desinentia haec fere arte videntur quaesita: XXXIII, 2: ἐγκαλοῦντας καὶ — συκοφαντοῦντας (Schulz. p. 75), 25. κομίσασθαι — δικάζεσθαι, XXXIV, 4: ὁμολογῆ, ἀμφισβητῆ, 21: καταγνῶναι — ἀπογνῶναι, 37: μετρούμενοι καὶ καταπατούμενοι, 40: εὐδοξῶμεν — ἀποβαλῶμεν (Blass. p. 520 n. 1), 47: ὁμολογούμενον — ἀμφισβητούμενον, 52: συνεπανορθοῦντας — συγχωροῦντας, LVI, 27. πεποίηκας — πεποίηκας — κατακεκόμικας, 35. σεσωσμένης — διεφθαρμένης, 47. καὶ ἡμᾶς καὶ ὑμᾶς cll. XXXIII, 3: ἐπιβεβουλευκὼς καὶ — κατεσκευακὼς


Digitized by Google

(Schulz. p. 75), 7. ὡμολογηκὼς — καὶ — δεδωκώς, XXXIV, 5. ὁμολογεῖται — ἀντιλέγεται, 47. ἄκυρον — κύριον, LVI, 16. κινεῖν μηδ' ἄκυρον ποιεῖν, — XXXIII, 27. τῷ χρόνῳ τῷ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένῳ (Schulz. p. 83), XXXIV, 30. ἑτεροπλόῳ τῷ ἀργυρίῳ κεχρημένῳ, 52. πολλαὶ καὶ καλαὶ βοήθειαι, LVI, 12. τοῦ πλοῦ τοῦ πεπλευσμένου.

Parecheses invenies XXXIII, 34. αὐτῷ καθ' αὑτοῦ, XXXIV, 32. μόνος μόνῳ, 35. πρὸς αὑτοὺς αὐτοί, LVI, 2. ἕτερος ἑτέρῳ, 8. ἐπιδημοῦντες τοῖς ἀποδημοῦσιν, 10. αὐτοὶ — καθ' αὑτῶν, 12. αὐτὸς ἑαυτοῦ, 27. αὐτὸς σὺ σαυτῷ. Cf. XXXIII, 11. ἀδικούμενος, ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν, XXXIV, 1. οὔτ' ἐγκαλοῦντες οὔτ' ἐγκαλούμενοι.

Antitheta, quae artificiosa atque consilio petita videntur, exhibent orationes haec: XXXIII, 11. ἀδικούμενος, ἀλλ' οὐκ ἀδικῶν, XXXIV, 1. ἐγκαλοῦντες — ἐγκαλούμενοι, 4. ἀπολογεῖσθαι —, οὐ κατηγορεῖν, 5. τί ὁμολογεῖται — καὶ τί ἀντιλέγεται, 10. αὐτὸς μὲν ἀπεσώθη —, ἀπώλεσε δέ, 21. καταγνῶναι μὲν —, ἀπογνῶναι δέ, 40. ἵνα — εὐδοξῶμεν —, ἵνα ἀποβαλῶμεν (Bl.), 47. ἄκυρον — κύριον, 49. πιστῶς — — ἄπιστον, LVI, 7. ἐπιδημοῦντες τοῖς ἀποδημοῦσιν.

Haec de ornatu disseruisse satis habeo.

Jam nunc progrediar ad

## II. Compositionem sententiarum

explicandam.

Primo loco dicendum est scriptores orationum XXXIII. XXXIV. LVI. nec legem, quae vocatur rhythmica, omnino nosse videri nec hiatu abstinuisse; sed hac ex re prorsus nihil colligi posse de auctoribus orationum illarum vix est quod moneam.

Altero loco agere constitui de sententiarum comprehensione.

Scriptorem orationis XXXIII. summo opere studere concinnitati membrorum, qui hodie appellari solet parallelismus membrorum, Schulzius (l. l. pgg. 78 sqq.) amplius exposuit. Exemplis, quae attulit. v. d. ex paragraphis 1, 2, 8, 9, 11, 12, 15, 16, 22 (cf. Schulz. pgg. 81—82), 26, 32, 37, 38, addi postest hoc:

§ 14. A. ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν
        a. πεισθέντες ὑπὸ τῶν παρόντων
    A. εἰς ἐπιτροπὴν ἔρχονται
        b. καὶ γράψαντες συνθήκας
            α. ἐπιτρέπουσιν ἑνὶ μὲν διαιτητῇ κοινῷ Φωκρίτῳ πολίτῃ αὐτῶν,
            β. ἕνα δ' ἑκάτερος παρεκαθίσατο,
                αα. οὗτος μὲν Ἀριστοκλέα Οἰῆθεν,
                ββ. ὁ δὲ Παρμένων ἐμέ.

Ad hanc membrorum concinnitatem in oratione XXXIII. conspicuam accedere illam formam orationis, quam Graeci dicunt

Digitized by Google

*χιασμόν*, decussationem Romani, idem Schulzius (l. l. pgg. 80—81) recte monuit. Quae quidem decussatio in oratione XXXIII. non solum singulorum verborum, sed etiam membrorum reciprocatione conficitur. Conferas quaeso § 3: *ἐγκαλοῦντος δέ μοι Ἀπατουρίου τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου* et § 5:

a. *διὰ δὲ τὸ ἀφῖχθαι πολλαχόσε καὶ διὰ τὸ εἶναί μοι τὰς διατριβὰς περὶ τὸ ἐμπόριον*
b. *γνωρίμως ἔχω*
c. *τοῖς πλείστοις τῶν πλεόντων τὴν θάλατταν,*
c. *τούτοις δὲ τοῖς ἐκ Βυζαντίου*
b. *καὶ πάνυ οἰκείως χρῶμαι*
a. *διὰ τὸ ἐνδιατρῖψαι αὐτόθι.*

Schulzii autem exemplis e paragraphis 3, 5, 8, 17, 19, 28 collectis addiderim §§ 3 sqq: *ἐγκαλοῦντος — δέ μοι Ἀπατουρίου τὰ ψευδῆ καὶ παρὰ τοὺς νόμους δικαζομένου — —. Ὡς τοίνυν π. τ. ν. τούτους εἴληχέ μοι τὴν δίκην Ἀ. καὶ τ. ψ. ἐγκέκληκεν*, 14. *ἐπὶ μὲν τὸ ὀμόσαι οὐκ ἀπήντα, — προσκαλεῖται [δὲ] τὸν Παρμένοντα*, 14. *ἐπιτρέπουσιν ἑνὶ μὲν διαιτητῇ —, ἕνα δ' ἑκάτερος παρεκαθίσατο*, 25. *ἐξειστήκει τῶν ἑαυτοῦ καὶ τὴν ναῦν ἐπεπράκει*, 37. *τοῦτο — μὴ ἀναβαλλέσθω, ἀλλ' — φερέτω — τὰς συνθήκας.*

Hinc elucet eximia arte scriptorem orationis XXXIII. verborum fecisse comprehensiones. Sed magno opere hac re distat ab eo, qui XXXIV. orationem et LVI. conscripsit. Concinnitatem quidem membrorum nescio an recte apud eum usquam apparere negem. Decussationes vero arte quadam et industria oratoris effectae hae videntur esse: XXXIV, 4. *ἐὰν δέ τις γενέσθαι μὲν ὁμολογῇ, ἀμφισβητῇ δὲ ὡς πάντα πεποίηκε*, 17. *ὅτι οὔτε τὰ χρήματα ἔνθοιτο — οὔτ' ἀπέδωκε τὸ χρυσίον*, 22. *οὐκ ἐνθέμενος — τὰ χρήματα καὶ ὑποθήκην οὐκ ἔχων*, 37. *οὔσης δ' αὐτῷ γυναικὸς ἐνθάδε καὶ παίδων, τῶν δὲ νόμων — προτεθεικότων*, 43. *Ὡς — γέγονέ —, οὐδ' αὐτοὶ ἔξαρνοί εἰσι, παραγράφονται δὲ ὡς οὐκ εἰσαγώγιμον τὴν δίκην οὖσαν*, LVI, 50. *τὰς μὲν συγγραφὰς ἀκύρους, ἰσχύοντας δὲ τοὺς τοιούτους λόγους.*

Sed haud raro in orationibus XXXIV. et LVI. sine ulla arte tot congeruntur enuntiata, ut longissimae periodi evadant, ut XXXIV, 8, 19 extr. — 20, 34—35, 40 extr. — 41, collatis locis illis, quibus duo enuntiata secundaria pronominis relativi formis adiunguntur: XXXIV, 16. *τὸ ἔγκλημα ὃ —· ὃ* et 28. *τὰς ἐπιστολὰς — ἃς —, ἐν αἷς;* ut LVI, 3—4, 10, 11, 14.

Huc pertinent loci illi, quibus orator particula *καί* adhibita laxe conectit sententias: XXXIV, 18. *ἐδέοντο ἡμῶν ἐπιτρέψαι τινί . καὶ ἡμεῖς ἐπετρέψαμεν Θεοδότῳ κατὰ συνθήκας . καὶ ὁ Λάμπις — ἐμαρτύρει —*, 13 extr. — 14. *κἀγὼ κλητῆρας ἔχων προσεκαλεσάμην αὐτόν. καὶ ὁ Λ. — οὐδαμοῦ ἐτόλμησεν εἰπεῖν*, LVI, 3 extr. — 4 in. *ἀλλὰ*

Digitized by Google

*δεύτερον ἔτος τουτὶ καρποὐμενος τὰ ἡμέτερα, καὶ ἔχων τό τε δάνειον καὶ τὴν ἐργασίαν καὶ τὴν ναῦν,* 9. *ἐπειδὴ ὁ Σικελικὸς κατάπλους ἐγένετο καὶ αἱ τιμαὶ τοῦ σίτου ἐπ' ἔλαττον ἐβάδιζον καὶ ἡ ναῦς ἡ τούτων ἀνῆκτο.*

Similia apud orationis XXXIII. scriptorem nusquam leguntur.

Hunc auctorem multo curiosiorem esse complexionis quam eum, quem orationes XXXIV. et LVI. composuisse opinamur, luculentius etiam apparebit, cum de dicendi difficultatibus disputaverimus singulaque plus minusve vitiosa ex paragraphorum maxime ordine enumeraverimus.

In or. XXXIII. § 20 verborum comprehensionem hiulcam fieri, cum his locis genitivi absoluti „nec coniunctione coniuncti sint nec alter ab altero pendeant", Schulz. (l. l. p. 82) recte dixit.

XXXIII, 23 bis est *πρῶτον μέν;* utrique autem particulae nullum *ἔπειτα* vel simile quid respondet. Eodem vitio laborant orationes XXXIV. et LVI., ita quidem, ut et ante et post particulas enumerativas omittantur, quae iis respondeant: XXXIV, 34. *τὸ μὲν πρῶτον — (ἐπειδὴ δέ),* 29. *πρῶτον δὲ —,* LVI, 23. *πρῶτον μὲν —;* XXXIV, 41. — *ἔτι δέ — πρὸς δὲ τούτοις,* LVI, 8 et 18. — *εἶτα,* 40. — *ἔπειτα.*

XXXIII, 35, ubi haec: *τὸ δὲ κεφάλαιον, πρὸς ἐμὲ οὐδ' ἐπιχειρήσει λέγειν,* post verba *τ. δ. κ.* coeptam structuram omitti dixerit quispiam. Graviora autem exempla structurae ad finem non perductae occurrunt locis his: LVI, 10. *πέρας δ' οὖν, λαβὼν γὰρ ὁ Παρμενίσκος — ἐξαιρεῖται* (cf. G. H. Schaef. ad 1285, 27, Schwarz d. l. pp. 10—11), 12. *ἐπειδὴ δ' οὐδὲν ἐπεραίνομεν —, ἀλλὰ τό γε δάνειον — ἠξιοῦμεν ἀπολαβεῖν,* nisi forte cum Reiskio (ad 1286, 11) *ἀλλά* hoc loco non esse particulam adversativam, sed significare saltim, minimum, si nihil aliud, hoc tamen dicas, 17. *καὶ ὃ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὦ ἄ. δ., ὅτι αὐτὸς μὲν οὗτος — εἰσπράττει, — ἡμῖν δὲ — οὐκ οἴεται δεῖν —,* 29. *οἱ γὰρ — δανείσαντες —, οὐδὲν, οἶμαι, διέφερεν αὐτοῖς* (cf. G. H. Schaef. ad 1291, 27), 31. *ἔστι — λοιπὸν διδάξαι τοῦτο καὶ —.*

XXXIV, 2, ubi legitur: *οὐδ' ἂν νῦν — οὐκ ἄν ποτ' ἐλάχομεν,* structura turbatur, quod denuo incipit oratio.

XXXIV, 8 mira occurrit mutatio numeri substantivi: *ἔχων ἐπιστολὰς —, ἃς ἔδωκ' αὐτῷ —, γράψας ἐν τῇ ἐπιστολῇ —, τὰς μὲν ἐπιστολὰς οὐκ ἀποδίδωσιν.* Similiter verbi numerus mutatur LVI, 10: *λαβὼν γὰρ ὁ Παρμενίσκος — καὶ πυθόμενος — ἐξαιρεῖται τὸν σῖτον — κἀκεῖ ἀποδίδοται, καταφρονήσαντες (καταφρονήσας* A. r.) *μὲν — καταφρονήσαντες δὲ* (cf. G. H. Schaef. ad 1286, 2 et Schwarz. p. 13).

Digitized by Google

Repentina subiecti mutatio est XXXIV, 16. ὅς (sc. Lampis) *οὐκ ἔφασκεν οὔτε τὰ χρήματα ἐντεθεῖσθαι τοῦτον* (sc. Phormionem) *οὔτε τὸ χρυσίον ἀπειληφέναι* (sc. Lampidem); cf. 19. *παρ' ὑμῖν μὲν γὰρ καὶ ὀργὴ μεγάλη καὶ τιμωρία ὑπόκειται τοῖς τὰ ψευδῆ μαρτυροῦσι, πρὸς δὲ τῷ διαιτητῇ — μαρτυροῦσιν ὅ τι ἂν βούλωνται;* LVI, 16. *ταῦτα δ' ἡμῶν λεγόντων — καὶ ἀξιούντων Διονυσόδωρον τουτονὶ τὴν μὲν συγγραφὴν μὴ κινεῖν —, τῶν δὲ χρημάτων ὅσα μὲν αὐτὸς ὁμολογεῖ, ἀποδοῦναι ἡμῖν, περὶ δὲ τῶν ἀντιλεγομένων — κριθῆναι* (non probaverim Reiskii sententiam, qui (ad 1288, 6) *κρ.* hic idem esse ac *ἐὰν κρ.* dicit), 21. *φησὶ — τὴν ναῦν ῥαγῆναι, καὶ διὰ ταῦτ' ἀναγκασθῆναι καὶ προσέχειν εἰς τὴν Ῥόδον κἀκεῖ ἐξελέσθαι τὸν σῖτον.*

Resumitur oratio *οὕτως* adverbio illato XXXIV, 20, ubi haec: *παρεχομένου [ἐμοῦ] πρὸς τὸν διαιτητὴν τὴν — μαρτυρίαν —, οὕτως ὁ Λάμπις κατὰ κράτος ἐξελεγχόμενος τὰ ψευδῆ μαρτυρῶν — ὡμολόγει.* Prorsus similis est locus orationis LVI. hic: *ἀποκριναμένων δ' ἡμῶν —, ὅτι οὐκ ἂν δανείσαιμεν —, οὕτω προσομολογοῦσι πλεύσεσθαι δεῦρο* § 6 (cf. Schwarz. p. 13, quem minus recte contendere puto *οὕτως* et *δεῦρο* verba significare *εἰς Ἀθήνας*).

Hic enumerare liceat locos, quibus respondent pronominibus relativis et particulis antecedentibus subsequentia pronomina demonstrativa et particulae: XXXIII, 4. *ὡς — τοῦτο*, 15. *εἰ — ταῦτα*, 15. *οἷς — τούτοις*, 35. *ὅτι — τοῦτο*; XXXIV, 34. *ἐπειδὴ — τηνικαῦτα*, 35. *ἐπειδὴ — τότ'*, 48. *ἃ — ταῦθ'*, 48. *ὅσα — ταῦθ'*; LVI, 18. *εἰ — τηνικαῦτα*, 23. *ὅταν — τηνικαῦτα*, 24. *ὧν — ταῦτ'*, 28. *εἰ — διὰ ταῦτα*. — Ordine inverso praecedunt pronomina et particulae XXXIII, 29 et 30. *τοῦτο — ὅτι*, 32. *τοῦτο — εἰ* (cf. Schulz. l. l. p. 80 n. 1), XXXIV, 5. *τοῦτο — ὡς*, LVI, 1. *ἐκεῖνο — ὅτι*.

XXXIV, 27, ubi haec leguntur verba: *τούτου δὲ φῄς φροντίζειν, ὃν ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ἠδίκεις*, attractione prominis relativi scriptor supersedit; nec tamen in hoc loco, cum pronominibus designetur vir, offendendum esse Schulzius [1]) recte monuit. Magis offendere debemus in duobus locis orationis LVI., qui sunt § 10. *τῶν ἐπιτιμίων ἃ συνεγράψαντο* et 26. *περὶ δὲ τῶν δανειστῶν, οὓς φασι συγκεχωρηκέναι*, quibus accusativi substantivorum genitivis non attrahuntur in *ὧν*. — Aliis locis attractionem oratores nunquam neglexerunt: vide XXXIII, 13, 26, 36, XXXIV, 8 bis, 18, 28, 29, 40, 44, LVI, 33.

Structura in aliam commutatur, cum membro alicui enuntiationis abundanter additur aliud membrum, velut XXXIV, 28: *ἐν αἷς [ἐπιστολαῖς] ἐγέγραπτο παρακολουθεῖν σοι, οἷς ἂν πράττῃς*, LVI, 8. *ὅθεν*

---

[1]) De attractionis pronominis rel. ap. oratores Att. recentiores usu et formis, Progr. Budissin. a. 1882, p. 8.

Digitized by Google

*περ οὐχ ἥκιστα, ω ἄ. δ.*, *συνετιμήθη τὰ περὶ τὸν σῖτον ἐκ τῶν τοιούτων ἐπιστολῶν καὶ συνεργιῶν*, 26. *περὶ δὲ τῶν δανειστῶν* —, *ἔστι μὲν οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς τοῦτο*, 40. *καὶ γὰρ τοῦτο, ὦ ἄ. Ἀ., θεάσασθε τὴν ὑπερβολήν.*

Pro verbis, quae sunt XXXIV, 30: *ἴστε γὰρ δήπου πάντες ὅτι δανείζονται* exspectaveris *ἴ. γ. δ. πάντας ὅ. δ.* vel *ἴ. γ. δ. ὅτι π. δ.*; cf. § 19.

XXXIV, 40 orator particulas *οὔτε* — *τε* inter se respondentes fecit; idem fieri videmus § 46 et LVI, 34; *μήτε* — *μήτε* — *τε* habes LVI, 20; cf *οὔτε* — *οὔτε* — *οὐδέ* LVI, 26.

XXXIV, 49 sqq. responsum non quadrat ad interrogationem praecedentem; legimus enim haec: *οὐκ οὖν ἄτοπον, εἰ — τὸ μὲν — πιστῶς ἀκούσεσθε, τὸ δ'* — *ἄπιστον ἔσται παρ' ὑμῖν; μηδαμῶς, ὦ ἄ. δ.* Eadem inconcinnitas est LVI, 28: *διὰ ταῦτα οὐδὲν ἀδικεῖς ἡμᾶς; οὐκ οἶμαί γε*, et 50: *τίς γὰρ ἐθελήσει τὰ ἑαυτοῦ προέσθαι; μηδαμῶς, ὦ ἄ. δ.* Conferenda sunt etiam verba, quae leguntur LVI, 2: *τῷ οὖν ποτὲ πιστεύοντες καὶ τί λαβόντες τὸ βέβαιον προϊέμεθα; ὑμῖν, ὦ ἄ. δ.*, quibus ea, ad quae responsum apte referri potest, longius absunt.

In or. LVI. paragrapho tertia oratorem pro *ἐκεῖ* neglegenter posuisse *ἐκεῖσε* ut existimemus, similes suadent eiusdem scriptoris neglegentiae; dixit enim etiam *ἐκεῖσε* pro *ἐκεῖ* §§ 25 et 30 (cf. G. H. Schaef. ad 1283, 22, Schwarz. d. l. pp. 10—11), *τἀνθένδε* pro *τἀνθάδε* § 9. (Schwarz. d. l. p. 11), *μηδαμοῦ* (sic codices, Dobraeo *μηδαμόσε* debetur) pro *μηδαμόσε* § 11.

LVI, 11 haec habent codices: *ἀγανακτοῦντες* — *καὶ ἐγκαλοῦντες ὅτι διαρρήδην ἡμῶν διορισαμένων ἐν ταῖς συνθήκαις* —, *καὶ ὅτι ἐπὶ ταύταις ταῖς ὁμολογίαις δανεισάντων τὸ ἀργύριον, ἡμᾶς μὲν ἐν ὑποψίᾳ καταλέλοιπε*; qua codicum scriptura servata — nec est, cur in suppositicia hac oratione, in qua quin permultae insint dicendi neglegentiae iam non dubitabis, alterum illud *ὅτι* deleamus cum Reiskio (et G. H. Schaefero) (ad 1286, 15) — illa, inquam, codicum scriptura servata, desideratur ante *δανεισάντων* subiectum *ἡμῶν*.

Male iteratur LVI, 12 *φησί* post *ἔφη*; cf. § 36.

LVI, 14 dicta sunt: *τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὲς* — *συνεβούλευον ἡμῖν* — *τοὺς* — *εἰς Ῥόδον τόκους μὴ καθομολογεῖν τεως* (sic F. S. Q.) *ἂν κριθῶμεν*; apparet *τέως* hic idem significare atque *ἕως*, dum; similis inconstantia hoc loco videtur esse, qualem statuimus supra ad LVI, 3; non igitur *τέως* mutandum esse censeo in *ἕως*, id quod fecerunt exempli gratia Reiskius, G. H. Schaeferus (ad 1287, 15), Dindorfius (in utraque edit.), non Voemelius, quodque videtur probasse Schwarzius (l. l. pp. 12—13).

LVI, 24 legis *ἐκλεγόμενοι τίνων αἱ τιμαὶ ἐπετέταντο* videsque hoc loco *τίνων* usurpatum esse pro *(ἐνία) ὧν* (cf. Reisk. ad 1290, 17,

Digitized by Google

ubi G. H. Schaeferus F. codicem praebere *ἐ. εἴ τινων αἱ τ. ἐ.* monuit).

His expositis de dicendi neglegentiis adiciam primum illos locos, quibus tempus verbi subito mutatur. Fit hoc XXXIII, 1. *κελεύει — καὶ — ἔταξε*, 9. *ἐπιλαμβάνεται καὶ — κατεκώλυσεν*, XXXIV, 4. *λέγουσιν — δεδώκασιν*, 11. *ἔνθοιτο — εἰληφὼς εἴη*, 13. *ἐκέλευεν — καὶ παραλαμβάνομεν*, LVI, 6. *δανείζονται — καὶ — ἐγράψαντο*. Hic addo locos, quibus praesens narrativum invenitur: XXXIII, 8, 9, XXXIV, 6, 8, 12, 13, 34, LVI, 6, 9, 11, 20. — Tum modi repentina occurrit mutatio XXXIV, 17. *ἔνθοιτο ἀπέδωκε*, 45. *κελεύουσι — ἀπογνοίητε*. — Denique hic notaverim duos illos locos, quibus ex verbis pendent obiecti loco et nomina et enuntiata secundaria: XXXIII, 13 et LVI, 19.

Haec habui, de sententiarum comprehensione quae dicerem.

Tertio loco, quatenus conexione sententiarum scriptores inter se differant, exponam.

Molestissima est consuetudo scriptoris orationis XXXIII., ut in initio novarum periodarum nimis saepe, ut iam supra (p. 18) monui, ponat participia et genitivos absolutos, ita quidem, ut iis addat particulas *δέ, γάρ, τοίνυν, δή*. Et participia quidem novas incipiunt periodos § 6. *προσιόντες δέ μοι*, ibid. *ἀπορουμένῳ δ'*, 7. *ὡμολογηκὼς δ' — καὶ — δεδωκώς*, 8. *λαβὼν γάρ*, 9. *αἰσθόμενος γάρ*, 10. *καταστήσας δέ*, ibid. *ταῦτα δὲ πράξας*, 12. *πάντα δὲ ποιήσας*, 14. *Δεξάμενος τοίνυν*, 15. *συνθέμενοι δὲ ταῦτα*, 17. *ἀγανακτήσας δή*, 18. *ὁμολογήσας δ'*, 19. *ἐπιχειροῦντες δέ*, ibid. *παρακαλέσας δ'*. Hac sententias conectendi ratione scriptor orationis XXXIV. nusquam, scriptor orationis LVI. semel vel bis utitur: § 1. *λαβὼν γάρ* cl. § 10. *πέρας δ' οὖν, λαβὼν γάρ*.

Genitivi absoluti initio periodarum leguntur XXXIII, 5. *ἔχοντος δέ μου*, 7. *ἤδη δὲ τῶν τριάκοντα μνῶν πεπορισμένων*, 9. *οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ μετὰ ταῦτα τῆς τραπέζης ἀνασκευασθείσης*, 12. *ἀποδοθεισῶν δὲ τῶν τριάκοντα μνῶν*, 13. *ἐνεστηκυίας δίκης*, 14. *ἐνεστηκυιῶν δ' αὐτοῖς τῶν δικῶν*, 19. *οὐ γραφεισῶν δ' ἑτέρων συνθηκῶν*, 20. *οἰκοῦντος γὰρ αὐτοῦ*, 29. *μὴ γὰρ γενομένης τῆς γνώσεως*, XXXIV, 2. *πολλῶν δ' ἡμᾶς κακιζόντων*, 6. *κελευούσης δὲ τῆς συγγραφῆς*, 10. *γεγεμισμένης γὰρ ἤδη τῆς νεώς*, ibid. *πολλοῦ δὲ πένθους — ὄντος*, 18. *Μελλούσης δὲ τῆς δίκης εἰσιέναι*, 19. *ἀγανακτοῦντος δέ μου*, 36. *κήρυγμα γὰρ ποιησαμένου Παιρισάδου*, LVI, 6. *ἀποκριναμένων δ' ἡμῶν*, 16. *ταῦτα δ' ἡμῶν λεγόντων*.

Etiam usu particularum, quibus periodi et sententiae nectuntur, nostri aliquantulum inter se differunt.

Periodi autem incipiuntur

particula *καί* in or. XXXIII. septies decies, in or. XXXIV. ter tricies, in or. LVI. novies.

Digitized by Google

Monendum est hic particulam *καί* formulas illas, quibus scribae ad leges, testimonia, alia recitanda impelluntur, incipere in or. XXXIII. sexies, in or. XXXIV. novies, in or. LVI. bis.

Particula *δέ* ad periodos nectendas adhibetur in or. XXXIII. undetricies, in or. XXXIV. quinquies et vicies, in or. LVI. quinquies et vicies.

Periodi et sententiae nectuntur particulis

*γάρ* in or. XXXIII. vicies, in or. XXXIV. bis et tricies, in or. LVI. septies et vicies;

*δή* in or. XXXIII. quinquies, in or. XXXIV. quinquies, in or. LVI. bis;

*οὖν* in or. XXXIII. octies, in or XXXIV. duodecies, in or. LVI. sexies decies;

*οὐκοῦν* in or. XXXIII. nunquam, in or. XXXIV. semel, in or. LVI. semel;

*τοίνυν* in or. XXXIII. novies, in or. XXXIV. octies, in or. LVI. ter;

*ὥστε* conclusivo in or. XXXIII. bis, in or. XXXIV. semel, in or. LVI bis;

*ἀλλά (μήν)* in or. XXXIII. quinquies, in or. XXXIV. ter, in or. LVI. quinquies;

*καίτοι* in or. XXXIII. bis, in or. XXXIV. quater, in or. LVI. bis;

*ὥστε* consecutivo in or. XXXIII. quater, in or. XXXIV. ter, in or. LVI. quinquies;

*ἵνα* in or. XXXIII. sexies, in or. XXXIV. septies, in or. LVI. bis;

*οὔτε — οὔτε (μήτε — μήτε)* in or. XXXIII. quater, in or. XXXIV. duodecies, in or. XVI. novies.

Particulae enumerativae, quarum nulla omissa est (cf. supra p. 22), invenimus in or. XXXIII. §§ 15 *τὸ μὲν πρῶτον — εἶτα*, 22. *πρῶτον μὲν — ἔπειτα*, 32. *τοῦτο μὲν — εἶθ'*, 32. *τοῦτο μὲν — εἶτα*, in or. LVI. § 21/22. *ἓν μὲν οὖν — δεύτερον δέ — τρίτον πρὸς τούτοις*.

Commune est scriptoribus nostris verba nimis saepe contrarie referre. Sed contraposita multo rarius per coniunctiones *οὐκ* (simil.) — *ἀλλά* in oratione XXXIII. efficiunter, quam in XXXIV. et LVI. Invenimus enim illas coniunctiones

in or. XXXIII. ter decies, in or. XXXIV. undevicies, in or. LVI. septies et vicies.

Minus alter ab altero distat verborum oppositione per (*μέν* et) *δέ* efficienda. Sunt enim hae particulae

in or. XXXIII. ter et quadragies, in or. XXXIV. quinquies et quadragies, in or. LVI. duodequadragies.

Haec sufficiant de sententiarum conexione. Reliquum est, ut pauca adiungam de verborum structura.

Digitized by Google

Atque primum quidem doceam nomina propria prorsus alia ratione ornari articulo in oratione XXXIII. quam in XXXIV. et LVI. Posita enim sunt

| in or. | nomina personarum cum articulo | nomina personarum sine articulo | nomina populorum cum articulo | nomina populorum sine articulo | nomina region. et oppidor. cum articulo | nomina region. et oppidor. sine articulo |
|---|---|---|---|---|---|---|
| XXXIII. | 52 | 23 | — | — | 1 | 4 |
| XXXIV. | 27 | 34 | 1 | 3 | 9 | 16 |
| LVI. | 3 | 14 | 1 | 4 | 26 | 44 |

Tum summo opere auctores inter sese differunt articulo infinitivis adiciendo. Animadvertes enim infinitivos articulo instructos

in or. XXXIII. septies decies: §§ 2, 4, 5 ter, 6, 14, 17 bis, 21, 23, 25, 27, 28, 29, 34, 37,

in or. XXXIV. novies: §§ 2 bis, 21, 31, 33, 35, 42, 46 bis,

in or. LVI. sexies: §§ 1, 4, 23, 25, 33, 48.

Denique participia absoluta collegi haec:

*δέον*: XXXIV, 7, 44, LVI, 3, 41,

*ἐξόν*: XXXIV, 25, LVI, 18,

*ἀποῤῥηθέν*: XXXIII, 21,

*ὡς ἐπ' αὐτοῖς ἐσόμενον*: LVI, 43;

cf. Schulz. l. l. pp. 58 sqq. Etiam hinc apparere discrepantiam facile perspicies: plura eaque usitatissima participia absoluta insunt in orationibus XXXIV. et LVI., unum idque singulare deprehenditur in XXXIII. oratione.

Haec de prima alteraque parte elocutionis, de ornatu et compositione, disseruisse satis habeo. Restat, ut paucis disputem

## III. De singulis verbis, locutionibus, sententiis.

Ac primum quidem eae enumerandae sunt voces, eae locutiones, eae sententiae, quae alterius utrius auctoris propriae sunt.

Digitized by Google

Verba, quae non usurpata animadverti nisi in oratione XXXIII., sunt haec:

*καταφανής* § 3. Ad eandem fere rem exprimendam scriptor orationum XXXIV. et LVI. non nisi *φανερός* vocabulum adhibet: XXXIV, 29, LVI, 23, 28.

*τρόπος* = modus: § 9; quae vox in or. LVI. § 2 mores significat.

Orationum XXXIV. et LVI. propria videntur esse haec verba:

*διατίθεσθαι* vendere: XXXIV, 9, 36, LVI, 8;

*γίγνεσθαι* confici de numeris: XXXIV, 24 bis, de usuris LVI, 41;

*ἐπειδὴ (ἂν) τάχιστα*: XXXIV, 8, 11, LVI, 11;

*ἐπιεικής*: XXXIV, 30, *ἐπιείκεια* ibid. 40, *ἐπιεικῶς* LVI, 9;

*ἔτι*: XXXIV, 17 (*ἔ. δ'*), 33 (*ἔ.*), 37 (*ἔ. δέ*), 41 (*ἔ. δέ*), LVI, 13 (*ἔ. μᾶλλον*), 23 (*ἔ. καὶ νῦν*);

*παρά* propter, per: XXXIV, 52, *ἵν' — πλείστη ὠφέλεια π. τὸ ἐμπόριον ᾖ*, LVI, 34. *πολλὰ χρήματ' εἰργασμένοι π. τὴν σιτηγίαν*;

*παραχειμάζειν*: XXXIV, 8, LVI, 30;

*περιμένειν*: XXXIV, 17 (*μάρτυρα*), LVI, 30 (*τὴν ὡραίαν*);

*πρᾶξις* = *εἴσπραξις* (v. G. H. Schaefer. ad 1293, 16): XXXIV, 27, LVI, 35, 45; hoc vocabulum in or. XXXIII § 11 idem est quod *πρᾶγμα*;

*σύμπαν*: XXXIV, 23 cl. *σύνολον*: LVI, 15;

*χωρίς*: XXXIV, 11, LVI, 48.

Sed haec leviora sunt. Maiorem probandi vim habituras esse spero cum locutiones tum sententias in altera utra parte tantum usurpatas.

Ex illis, quae ut nisi ab orationis XXXIII. auctore non adhibitae notentur, dignae videntur hae:

*ἔνεστι* cum dativo, licet: §§ 24, 30, 37;

*μέχρι τινός* aliquamdiu: § 4 (cf. Schulz. l. l. p. 51);

*οἴχεσθαι* cum partic: § 20;

*προϊόντος τοῦ λόγου*: § 3 (cf. Schulz. l. l. p. 51);

*τῇ ἀληθείᾳ* re vera: §§ 2 et 23;

*τυγχάνειν* cum partic: §§ 6, 7 bis.

Apud orationum XXXIV. et LVI. scriptorem solum animadverti has phrases:

*ἀκριβῶς εἰδέναι*: XXXIV, 1, LVI, 9; *ἀ. μνημονεύειν*: 35, *ἀ. μανθάνειν* LVI, 33;

*δεινόν ἐστιν*: XXXIV, 2, 43, LVI, 17, 22, 44, cll. XXXIV, 36, *δεινότερα πέπρακται*, 45. *πάθοιμι — τὰ δεινότατα;*

*εἰκός ἐστιν*: XXXIV, 14, 15, 40, LVI, 11;

*καὶ ταῦτα* praesertim: XXXIV, 17, 50, LVI, 40, 44, cl. *καὶ τοῦτ'* XXXIV, 33;

Digitized by Google

*μετά* cum genitivo: *μετ' εὐνοίας* XXXIV, 1, *μ. τῆς ἀληθείας* ibid. 48, *μ. τοῦ συμφέροντος* LVI, 28;

*οἴεσθαι δεῖν*: XXXIV, 38, 46, LVI, 17, 34, 35, 41, 48; cf. *ἡγεῖσθαι δεῖν* LVI, 14, *φάναι δεῖν* LVI, 31.

*ποιεῖν*: *ἄκυρον π.* XXXIV, 47, LVI, 15, *περιβόητον π.* XXXIV, 29, *ἐνεργὸν π.* LVI, 29.

Ex sententiis plures, quae saepius obviam veniunt inter se similes aut in XXXIII. aut in XXXIV. aut in LVI. oratione, ubi de inopia verborum exposuimus, allatae sunt.

Sententiae vero, quae plus minusve similes inter sese occurrunt et in XXXIV. et in LVI. oratione, afferam has:

| | |
|---|---|
| XXXIV, 5. *οὕτω γὰρ ἂν ἄριστα ἐξετάσαιτε* cl. 40 *δικαίως ἂν οὖν βοηθήσαιτε ἡμῖν;* | LVI, 4. *οὕτω γὰρ καὶ ὑμεῖς ῥᾷστα παρακολουθήσετε;* |
| 6. *πρᾶγμα ποιεῖ πάντων δεινότατον;* | 17. *καὶ ὃ πάντων ἐστὶ δεινότατον* cl. 35. *καινότατον δ' ἐστὶ τὸ γιγνόμενον;* |
| 16. *μὴ γὰρ οἴεσθε*, 48. *μὴ χρῆσθε;* | 31. *μὴ οὖν ἀποδέχεσθε*, 44. *μὴ ἐπιτρέπετε — μηδ' ἐᾶτε*, 48. *μὴ ἀγνοεῖτε;* |
| 16. *μὴ γὰρ οἴεσθέ με οὕτως ἀπόπληκτον εἶναι καὶ παντελῶς μαινόμενον;* | 18. *εὐήθεις ἔφη παντελῶς ἡμᾶς εἶναι;* |
| 17. *Ἀκούετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι —;* | 36. *Ἀκούετε, ὦ ἄ. Ἀ;* |
| 19. *οὐ γὰρ ὅμοιόν ἐστιν, ὦ ἄ. Ἀ., εἰς τὰ ὑμέτερα ἐμβλέποντα τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν* (Blass. l. l. p. 525); | 20. *οὐδὲν ἧττον τολμᾷ βλέπειν εἰς τὰ ὑμέτερα πρόσωπα;* |
| 22. *ἐνθένδε μὲν γὰρ ἐξέπλει;* | 7. *ἀπέστελλον τὴν ναῦν — ἐνθένδε*, 9. *ὅτε μὲν οὖν ἐνθένδε ἀπέστελλον τὴν ναῦν;* |
| 26. *τὰ ἐπιτίμια τὰ ἐκ τῆς συγγραφῆς;* | 27. *τῷ ἐπιτιμίῳ τῷ ἐκ τῆς συγγραφῆς*, 44. *τοῖς ἐπιτιμίοις — τοῖς ἐκ τῆς συγγραφῆς* cll. 12 et 34. *τοῖς ἐκ τῆς συγγραφῆς δικαίοις;* |
| 29. *πῶς οὐ φανερόν ἐστιν*, 30. *πῶς οὐχὶ πολλοὺς ἦν παραλεπτέον μάρτυρας*, 47. *πῶς δ' οὐκ ἂν εἴη ἄτοπον;*[1]) | 19. *πῶς γὰρ οὐ τολμηρόν*, 23. *πῶς οὐκ ἄτοπον;* |
| 32. *ἡ γὰρ συγγραφή με, φησί, τῷ* | 24. *Διὰ τί οὖν, φησίν, ἐμισθω-* |

---

[1]) Compares interogationes *πῶς* incipientes, quas supra (p. 18) ex or. XXXIII. adscripsi.

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| *ναυκλήρῳ ἐκέλευεν ἀποδοῦναι τὸ χρυσίον* (Blass. l. l. p. 525); | *σάμην ἕτερα πλοῖα —;* |
| 33. *σὺ δὲ τοῦτο μὲν τῆς συγγραφῆς οὐ λαμβάνεις;* | 38. *καί μοι λέγε αὐτὸ τοῦτο* (*τὸ* F. S. Q.) *τῆς συγγραφῆς;* |
| 39. *τῆς καθεστηκυίας τιμῆς;* | 8. *τὰς καθεστηκυίας τιμάς*, 10. *τὰς τιμὰς τὰς — καθεστηκυίας;* |
| 43. *Ὡς μὲν τοίνυν γέγονέ μοι τὸ συμβόλαιον πρὸς Φορμίων' Ἀθήνησιν, οὐδ' αὐτοὶ ἔξαρνοί εἰσι, παραγράφονται δὲ ὡς οὐκ εἰσαγώγιμον τὴν δίκην οὖσαν. ἀλλ' εἰς ποῖον δικαστήριον εἰσέλθωμεν, ὦ ἄ. δ., εἰ μὴ πρὸς ὑμᾶς, οὗπερ τὸ συμβόλαιον ἐποιησάμεθα; δεινὸν γὰρ ἂν εἴη —, ἐπειδὴ — τὸ συμβόλαιον ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἐμπορίῳ γέγονε, μὴ φάσκειν παρ' ὑμῖν τούτους ὑφέξειν τὴν δίκην*, cl. 3. *Περὶ μὲν οὖν τῆς παραγραφῆς βραχύς ἐστιν ὁ λόγος· καὶ γὰρ οὗτοι οὐ τὸ παράπαν συμβόλαιον ἐξαρνοῦνται μὴ γενέσθαι ἐν τῷ ἐμπορίῳ τῷ ὑμετέρῳ, ἀλλ' οὐκέτι εἶναί φασι πρὸς ἑαυτοὺς οὐδὲν συμβολαιον;* | 46. *ὁ μὲν παρ' ἡμῶν λόγος οὗτός ἐστιν. οὗτοι δὲ δανείσασθαι μὲν ὁμολογοῦσι καὶ μὴ ἀποδεδωκέναι, διαφέρονται δ' ὡς οὐ δεῖ τελεῖν αὐτοὺς τοὺς τόκους — —. εἰ μὲν οὖν — ἐν τῷ Ῥοδίων δικαστηρίῳ ἐκρινόμεθα, ἴσως ἂν οὗτοι ἐπλεονέκτουν ἡμῶν — · νῦν δ' εἰς Ἀθηναίους εἰσεληλυθότες καὶ συγγραψάμενοι εἰς τὸ ὑμέτερον ἐμπόριον οὐκ ἀξιοῦμεν ἐλαττωθῆναι —.* |
| 43. *εἰ μὲν — ἐπειδὴ δέ*, 44, 46, *εἰ μὲν — δέ* (cf. G. H. Schaef. ad 920,2); | 47. *εἰ μὲν — νῦν δ';* |
| 45. *ἐνθυμοῦμαι δ' ἔγωγε τί ἂν ποτε εἰς τὴν παραγραφὴν ἔγραψεν;* | 32. *ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην αὐτοῦ σοῦ, πότερον — διαλέγει;* |
| 50. *οὐκ οὖν ἄτοπον —; μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες δικασταί;* | 50. *τίς γὰρ ἐθελήσει —; μηδαμῶς, ὦ ἄνδρες δικασταί;* |
| 52. *ὑμᾶς δὲ δεῖ συνεπανορθοῦντας φαίνεσθαι καὶ μὴ συγχωροῦντας τοῖς πονηροῖς, ἵν' ὡς πλείστη ὠφέλεια παρὰ τὸ ἐμπόριον ᾖ;* | 49. *εἰ μὲν γὰρ ὑμεῖς τὰς συγγραφὰς καὶ τὰς ὁμολογίας — ἰσχυρὰς οἰήσεσθε δεῖν εἶναι καὶ τοῖς παραβαίνουσιν αὐτὰς μηδεμίαν συγγνώμην ἕξετε, — ἐκ — τούτων αὐξηθήσεται ὑμῖν τὸ ἐμπόριον;* |
| 52. *Ἐγὼ μὲν οὖν ὅσαπερ οἷός τ' ἦν εἴρηκα· καλῶ δὲ καὶ ἄλλον τινὰ τῶν φίλων, ἐὰν κελεύητε.* | 50. *Ἐγὼ μὲν οὖν ὅσαπερ οἷός τ' ἦν εἴρηκα· ἀξιῶ δὲ καὶ τῶν φίλων μοί τινα συνειπεῖν.* |

Verum haec hactenus de verbis, locutionibus, sententiis alterius utrius partis orationum propriis. Jam nunc enumerem, quae magis in deliciis habet alter uter auctor.

Digitized by Google

Ex verbis unum huc retulerim: *διά* praepositionem, quae est in or. XXXIII. cum accusativo §§ 5 ter, 7, 8, 20, 24, 25 bis, 37, 38, cum genitivo §§ 8, 10, 28, in or. XXXIV. cum accusativo §§ 8, 21, in or. LVI. cum accusativo §§ 13, 21, 24, 32, 40, 42 ter, cum genitivo § 46.

Locutiones, quae saepius usurpantur in oratione XXXIII. quam ab orationum XXXIV. et LVI. auctore, sunt hae:

*ἐστὶν ἀφ' οὗ* § 4, *ἐ. ὅστις* § 26 et 33, *ἐ. ὅπως* § 28, *ἐ. ὅς* § 34, *ἔστιν οὖν — οὗτος ὁ ἄνθρωπος — ὅς* XXXIV, 25, *Ἔστιν οὖν ὅποι* LVI, 39.

*εἰς τοῦτο ἐλθεῖν* c. gen. (sim.): XXXIII, 19, 22; cll. §§ 6 et 12; LVI, 3.

*ἔχειν* coniunctum cum adverbiis: XXXIII, 5 bis, 8, 18 bis, 25, LVI, 18, 31, 44 bis; cll. *οἰκείως χρῆσθαι* XXXIII, 5, *χρ.* sine adverbio XXXIII, 7, *ὑβριστικῶς χρ.* LVI, 12, *εὐπόρως διακεῖσθαι* XXXIII, 25;

*μετὰ ταῦτα* XXXIII, 9, 13, 16, 20, XXXIV, 10, 18, LVI, 9 cl. *τὸ μετὰ τοῦτο* LVI, 40 et 43;

*ποιεῖσθαι*: *τὸ συμβόλαιον* XXXIII, 8, *ὠνήν* ibid. 8, *ἀπόφασιν* ibid. 21, *ἀπολογίαν* ibid. 22, *τὰς ἀπαιτήσεις* ibid. 26, *λόγον* ibid. 26, *πρόνοιαν* ibid. 28, *τὴν παραγραφήν* ibid. 35, *τὴν λῆξιν* ibid. 35, *συγγραφάς* ibid. 36, *τὸν ἔλεγχον* ibid. 36, *ἀπόδειξιν* ibid. 37, *συνθήκας* XXXIV, 5, *μάρτυρα* ibid 31, *μάρτυρας* ibid. 31, *συγγραφάς* ibid. 32, *κήρυγμα* ibid. 36, *συμβόλαιον* ibid. 43, *πλοῦν* LVI, 27, *ἐπιμέλειαν* ibid. 50.

Contra raro in XXXIII. oratione, saepe in XXXIV. et LVI. deprehenduntur hae phrases:

*ποιεῖν*: *οὐδὲν ἔξω τῶν — γεγραμμένων* XXXIV, 3, *τὰ συγκείμενα* ibid. 4, *τὰ γεγραμμένα* ibid. 7, *οὐδὲν τῶν δικαίων* ibid. 13, *πλείω τῶν δικαίων* ibid. 27, cl. *πρᾶγμα* ibid. 6; *τὰ δίκαια* LVI, 1, *τῶν δικαίων οὐδέν* ibid. 17, cl. *τι παρὰ τὴν συγγραφήν* ibid. 38; *τὰ δίκαια* XXXIII, 28.

*τό (τά)* substantivi loco: *τὸ ἐξ ἀρχῆς* XXXIV, 47, *τῆς ἐκείνου μαρτυρίας τὸ μὲν — τὸ δέ* ibid. 49, *τὰ ἑαυτῶν* ibid. 52, cl. *τοῦτο μὲν τῆς συγγραφῆς* ibid. 33; *τὰ περὶ τὸν σῖτον* LVI, 8, *τὸ πρὸς μέρος* ibid. 12, *τὸ περὶ τὴν ἄφεσιν* ibid. 28, *τὰ ἑαυτῶν* ibid. 48 et 50, cl. *αὐτὸ τοῦτο* [*τὸ* F. S. Q.] *τῆς συγγραφῆς* ibid. 38; *τὸ μὲν τῆς ἐπιτροπῆς* XXXIII, 19.

Progredior ad sententias et formulas. Valde in deliciis est scriptori orationum XXXIV. et LVI. uti imperativis, quales sunt: XXXIV, 5, 11, 16, 17 bis, 22, 23, 48, 49, LVI, 21, 22, 27, 31 bis, 34, 36, 40, 44 ter, 48, XXXIII, 32, 37.

Quod attinet ad formulas, quibus uti solent oratores in legibus, testimoniis, aliis afferendis, primum dicendum est, ea, quae comprobaturi sunt scriptores vel quae fusius exposita sunt, breviter repeti,

Digitized by Google

ita quidem, ut vera esse dicantur (ὡς δ' ἀληθῆ λέγω, simil.), in or. XXXIII. quater: §§ 8, 12, 13, 15, in or. XXXIV. bis: §§ 15, 37, in or. LVI. semel: § 17.

Tum ea, quae accuratius explicavit, brevi enuntiato repetit scriptor or. XXXIII. bis: §§ 18 et 26, or. XXXIII. nunquam, or. LVI. nunquam.

Denique recitari leges, testimonia, cetera statim iubet auctor or. XXXIII. ter: §§ 3, 19, 27, or. XXXIV. decies: §§ 7 bis, 9, 10, 11, 16, 17, 20, 39, 42, or. LVI. quater: §§ 6, 36 bis, 38.

Porro animadverti

sumi leges, cetera iubere (λαβέ) scriptorem or. XXXIII. ter: §§ 13, 26, 27, or. XXXIV. septies: §§ 7 bis, 15, 16, 17, 37, 42, or. LVI. nunquam;

recitari leges, cetera iubere vel recitatum iri ea dicere (ἀνάγνωθι, λέγε, ἀναγνώσεται) scriptorem or. XXXIII. nunquam, or. XXXIV. quinquies: §§ 9, 10, 11, 20, 39, or. LVI. quinquies: §§ 6, 17, 36 bis, 38;

audire iudices leges, cetera iubere (ἀκούσατε) scriptorem or. XXXIII: quinquies: §§ 8, 12, 15, 18, 19, or. XXXIV. nunquam, or. LVI. nunquam; cf. tamen §§ 21 et 22;

singulari modo significari leges, quas scriptor allaturus est, in or. XXXIII. semel: § 3 (κατὰ τοὺς νόμους τουτουσί); cf. 27 (ἐδεδίκαστο γὰρ — ἐν τῷ χρόνῳ τῷ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένῳ).

Videmus igitur usurpari

ἀνάγνωθι in or. XXXIII. nusquam, in or. XXXIV. quater: §§ 10, 11, 20, 39, in or. LVI. semel: § 36;

ἀναγνώσεται in or. XXXIII. et XXXIV. nusquam, in or. LVI. bis: §§ 6, 17;

λαβέ in or. XXXIII. ter: §§ 13, 26, 27, in or. XXXIV. septies: §§ 7 bis, 15, 16, 17, 37, 42, in or. LVI. nusquam;

λέγε in or. XXXIII. nusquam, in or. XXXIV. semel: § 9, in or. LVI bis: §§ 36, 38.

Respicit — ut etiam hoc moneam — ad leges, testimonia, cetera modo recitata auctor or. XXXIII. bis: §§ 4, 16, or. XXXIV. bis: §§ 16, 17, or. LVI. ter: §§ 7, 18, 36.

Ad finem perveni. Peritioribus me demonstrasse confido magna cum probabilitate attribui posse orationes XXXIV. et LVI. uni eidemque oratori, veri dissimillimum esse has orationes ab illo compositas esse, a quo conscripta est XXXIII. oratio.

---

Typis Pickenhahnii eiusque filii, Chemnitii.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Uhle, P.B.
Quaestiones de
orationum Demostheni

471730

751j
U31
q

YC 54673

Digitized by Google



Digitized by Google